

## Anotaciones in Euangelium,

Vbi ad literam stylus hominis significat stylum perspicuum, & vulgarē, qui ab hominibus possit intelligi. Pater igitur ætern⁹ stylo hominis scripsit in Christo virtutum omnium exemplaria, vt à quo quis clare perspici possent ad imitandum.

Notandum est hoc loco Deū ante incarnationē Verbi, nō stylo hominis, sed stylo Angeli scribere consueuisse: difficile enim admodum intelligi poterat, & non nisi à subtilioribus, & perfectioribus, perfectū vitæ genus humilitate, patientia, inimicorum dilectione, abijsque similibus contineri. At post incarnationem, eandem doctrinam in Christo stylo hominis, idest, grādibus nobis, clarissimisq; ea-rundē virtutum exēplis cōscripsit, vt à quo quis, vel rudi, & imperito percipi possit, & ante oculos ad imitandum proponi. Quare iure optimo Paulus ad Gal. 3. eosdem increpauit sequētibus verbis. O insensati Galatae, quis vos facinavit non obedire veritati ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est, & vobis crucifixus. Quò loco, qui legunt, præscriptus, veluti Ambrosius, illud significari arbitrantur, v.

que adeo Galatas de mēntatos fuisse, vt existimarent fuisse Christum proscriptione damnum, & tanquam iniquum aliquem meritò crucifixum. Qui verò legunt, præscriptus, sic locū interpretantur. Ante quorum oculos Christus crucifixus est, quasi liber depictus, in quo deberent per legere, non solum peccati turpitudinem, propter quam absoluendam necesse fuit ipsum crucifigi, verum etiam ipsius Dei bonitatem, sapientiam, potentiam, incredibilem in homines amorem, ac deniq; ipsius diuinitatē. Quis ergo, inquit, vos facinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est?

Præterea. Nisi Dominus Iesus Dauid filius secundum carnem, esset liber notis clarissimis ita conscriptus, vt ab omnibus per legi posset diuinitas eius, nec ipse à pastoribus agnosceretur adorandus, nec à regibus stella duce in eodem, in quo natus fuerat Præcepitum Rex Iudeorū, tum Dñs Angelo rū cum muneribus adoraretur. Algūa causa lião naquelle liurinho nouo, que os obrigava a confessalo por seu Deus. Vndē Augsti

Augustinus sermone 2. de Epy  
phan. ciues Hierosolymitanos  
in hunc modum increpauit. *Isti  
peregrini Christum non dum ver-  
ba promentem adorauerunt, illi  
vero iuuenem miracula facientem  
crucifixerunt; quasi plus fuerit vi-  
dere nouam stellam in Natiuitate  
fulgentem, quam solem in eius mor-  
te lugentem.*

*Colos.* Denique adeò verum est;  
quod ait Paulus ad Colloſſenſi.  
2. In Christo inhabitare omnē  
plenitudinem diuinitatis cor-  
poraliter, vt Ioannes Aposto-  
lus eius, & Euangelista in pri-  
mo capite ſui Euangeli post  
quam de generatione Christi  
eterna diſſeruit, ſimulque idem  
Verbum Diuīnum carnem af-  
ſumpſiſſe oſtendit, tanquam te-  
*Ioan.* ſtiſ oculatus eiusdem Verbi di-  
uinitatē teſtificans dixerit, *Ver-  
bum caro factum eſt, & habita-  
uit in nobis, & vidimus gloriam  
eius, gloriam quaſi unigeniti à  
Patre; plenum gratiae, & verita-  
tis. Quod eſt, vidimus eum tam  
mirabilem, & glorioſum in ope-  
ribus ſe gerentem, qualem de-  
cebat eſſe unigenitum Dei fi-  
lium. Hoc enim eſt, vidimus  
gloriam eius, gloriam quaſi uni-  
geniti à Patre. Bem parecia fer-*

filho de ſeu Pay. *Quem vira o  
que nos vimos, logo diſſera,  
que hera Deos, & tinha a Deos  
por Pay.*

Neque vero mirum videri  
debet Saluatorem nostrum ap-  
pellari librum, cum idem de  
Sanctis eius affirmandum sit,  
quemadmodum existimat bea-  
tus Gregorius super capud 7. *Dan.*  
*Danielis ad illa verba, Libri 7.  
aperti ſunt, & antiquus die-  
rum ſedit. & ceter. Vbi ad literam  
agitur de extremo Dei iudi-  
cio; Aduertit enim ibi Sanctus  
Doctor, libros, qui tunc in iu-  
dicio aperiendi ſunt, vitas eſſe  
Sanctorum, ex quibus repro-  
bi ſunt arguendi, & condem-  
*Luc.* nandi. Quo ſenu, ait Chris- 11.  
tus Dominus Lucæ capite un-  
decimo. *Viri Niniuitæ ſurgent  
in Iudicio cum generatione hac,  
& condemnabunt illam: quia pœ-  
nitentiam egerunt ad prædicatio-  
nem Ionæ; Ecce plus quam Jonas  
hic. Sapientiæ etiam 4. Condem-  
nat autem iustus mortuus viros  
impios. Eodemque ſenu acci-  
piendū eſt id, quod ait Saluator  
noſter Matth. 19, cū ſederit filius *Matt.*  
hominis in ſede maiestatis ſuæ ſe-  
debitis, & vos ſuper ſedes duode-  
cim iudicætes duodecim trib⁹ Israel.**

Quæ

## Annotationes in Euangelium

Her, Quæ verba sic à Diuo Hieronymo explicantur. Sedebitis condemnantes duodecim tribus Israel, quia vobis credentibus illi credere noluerant. Cum igitur ex iusto rum vita reprobi condeinmandi sint, infert beatus Gregorius sanctos homines libros esse, ita dictos, quod in vnius cuiusque vita multum de Deo possit veluti in quodam libro intueri, id que clarius, & evidentius quam in cæteris creaturis.

7. Est & aliis liber singularis, in quo diuina Maiestas maiusculis etiam characteribus, clarissimisque notis perlegatur; nimur beatissima illa Virgo, de qua natus est Iesus. Sicut enim quia Sol præ claritatis, lucisque excellentia oculos lædit intuentium, prouisum est à natura, ut aliqua essent corpora ita clara, terfa, & transparentia, ut in illis Sol veluti translatus videatur: sic etiam, quia diuina illa Maiestas, & excellentia ab humanis oculis videri nō poterat Exod. iuxta illud Exod. 33. Non videbit me homo & vivet; à Deo Optimo Maximo Authore gratiæ prouisum est, ut vna esset Virgo beatissima, in qua sola plusquam in cæteris omnibus crea-

turis Angelicis, & humanis; Christi diuinitas tanquam in quodam speculo splendidissimore reluceret; atque adeò in Matre Virgine vnigeniti Dei filij perfectiones veluti in libro nihil hæreditate legem eremus.

D. T.  
Pro huius verò veritatis maiori intelligentia notandum est ex Diuo Thoma Opusculo de Charitate Dei in fine, diuinam similitudinem diuersimode hic per gratiam, & in Cœlo per facialem visionem participari; id autem manifestum erit sequenti exemplo. Cum speculo obiicitur res aliqua, distantia rei speciem emittentis, & speculi recipientis, causat diuersitatem similitudinis: nam quo minor distantia, eo maior similitudo: vera enim, & tota facies resultat in speculo distante, sed in minus distante plenius secundū quantitatem, & ideo similius. Si ergo plura specula obiiciantur alicui faciei in diuersa distantia, in omnibus illis tota facies splendet, & eius similitudo, sed inæqualiter: in eo enim, quod longius abest, minor appareat facies, in eo verò, quod proprius maior, at in eo quod proxime obiicitur, æqualis est imago rei representativa.

repræsentatę. Deus ergo est, qui in cordibus ipsum diligen-  
tium imprimit speciem, & simi-  
litudinem suam, & omnis iustus  
per gratiam, & beatus per facia-  
lem visionem recipit in se, vt in  
speculo totam Dei faciem, quia  
Deus non habet partem, & par-  
tem; sed non recipit eam tota-  
liter secundum totam quantita-  
tem virtutis. In solo Dei filio  
resplendet diuina imago tota-  
liter omnino, & infinite, vt est  
in Patre: in omni verò creatu-  
ra, quæ finita est, & à Deo elon-  
gata, recipitur quidem diuina  
facies, & tota facies, & imago  
eius completa, sed nō recipitur  
totaliter secūdum plenam eius  
magnitudinem propter distan-  
tiā non quidem loci, sed diver-  
sitas. Quo verò creatura ma-  
gis appropinquat Creatori, eo  
efficitur speculum coniunctius,  
vt plenius repræsenter, & reci-  
piat diuinam Imaginem. Sic An-  
geli superiores, & Sancti præ-  
statores, plenius recipiunt di-  
uinam similitudinem, quam in-  
feriores.

Deus igitur vt se repræsenta-  
ret præcipue, fecit sibi propin-  
quissimum speculum Beatissi-  
mam Virginem Mariam, quæ

in cognoscendo, & diligendo  
Deū, omnem Creaturam inæsti-  
mabilitē excessit. Vide quid Bern.  
dixerit Beatus Bernardus. Hac  
*Domine fecisti Imaginem bonita-  
tis tuæ, quia Deo omnium propin-  
quissima est, adeoq; proxima, vt in  
Utero suo Dei Imaginem non parti-  
cipatam, sed veram, & infinitam  
continere valuerit.* Qua ratione Ansel.  
etiam beatus Anselmus dixit,  
tali decuisse Virginem puritate  
nitere, qua sub Deo maiornē  
quit intelligi, quippe quæ Deū  
præcipue tanquam speculū sine  
macula, & maximè propinquū  
deberet repræsentare, vt à cæ-  
teris velut in libro legeretur.

Primo igitur legere possu-  
mus in hoc beatissimo lib. hoc  
est in Beatissima Dei genitrice  
Maria, magnitudinē Dei, eiusq;  
immensitatem, quemadmodū  
disertis verbis adnotauit beatus  
Petrus Chrysologus sermone  
104. *Tanta, inquit, est Virgo, vt  
quantus sit Deus satis ignoret. qui  
huius Virginis mentem non stupet,  
animum non miratur.* Secundo  
legenda nobis est in eodem  
libro, Dei misericordia, & bo-  
nitas, quemadmodum legit Bern.  
Bernardus ad illa verba Apoc.  
12. *Signum magnum apparuit in  
cælo,*

Petr.  
Chry

## Anotations in Euāngelium

cælo, mulier amicta sole. &c. Maria, inquit, velut alterum induit solem: sicut enim ille super bonos, & malos indifferenter oritur, sic ipsa quoque præterita non discutit merita, sed omnibus se se exorabile, omnibus clementissimam præbet: omnibus sinum misericordiæ aperit, ut de plenitudine eius accipiant universi. Hinc est illa obseruatio

Geor. Venet. tomo. i. problematum in sacram Scripturā, se-

Venet. ctione 5. problemate 338. Vbi obseruat Deū olim plena vtraq; manu punire solitum; atque id circa decem plagis Aegyptum percussisse, quia vtraq; manus aperta, & extenta in decem di-

Exod. 8. gitos fuit super Aegyptios: unde dictū est Exod. 8. *Digitus Dei est hic.*

Cæterum post incarnationem Verbi in utero Virginis, utrunque istam manum cohibitam; immo & in cruce validissimis clavis confixam fuisset, ne se ad puniendum excitaret. Ad-

10. de eo habitu amplexantis speciem Dei filium retulisse: hanc enim ob causam Christus brachium Patris dicitur, quia videlicet Christo, tanquam brachio, Pater in humani genitis collū extento, amplexatus est mortales in utero Virginis, in signum

benevolentiae, & reconciliatiōnis.

Neque verò obstat huic pīz obseruationi Deum iam olim Davidem, & Bersabeth adulteros, Iudam, & Thamar incestuosos, Salomonem, & alios idolatras sustinuisse; id enim Dei misericordiæ, Verboque incarnando, ac denique eiusdem Verbi Matri ex eisdem nascituræ acceptum esse referendum affirmavit beatus Anselmus, qui ob Virginis etiam nativitatē existimat Deū pepercisse primis parentibus, qui statim occidi, immo & anihilari meruerunt; id autem minime factum fuisse, quia ex ijs beatissimam Virginem Mariam misericordiæ matrē, Deus præuiderauit nascituram. Ex hac verò Anselmi sententia apparet, in Virgine matre, tanquam in libro legi posse eiā tum filij omnipotentiā, tum matris gratiam, quæ ad filij etiā misericordiam spectat. Filij omnipotentiam, in eo quod extā vitiosis, impīsq; parentibus, plenam gratiæ Virginem tanquam ex spinis, & scētibus odoriferam cœlo rosam procrearit, iuxta id, quod de Virginis humilitate scriptū est in Canticis cantorum cap. 1. Dam

Dum esset rex in accubitu suo, natus mea dedit oderem suavitatis; quæ verba allegorice de Virgine accipienda sunt, quemadmodum & illa eiusdem Cantici, sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias. Virginis vero gratiam colligimus ex eo, quod antequam nasceretur, iam Deum primis parentibus, tum etiam, ut ex præsenti Euangeliō constat, erga Dauid, Berſabeth, Salomonem, Iudam, Thamar, aliosq; Virginis progenitores misericors fuit, & patiens, propter ipsius Virginis ex eisdem natuitatem. Ecce, ut cunque ostendimus in hoc aureo libro Beatæ Virginis Mariæ, Dei omnipotentiam, immensitatem, & misericordiam, nunc iam in eodem libro, Dei bonitatem ostendamus.

### Liber generationis Iesu Christi filij Dauid.

**Q**uæri solet hoc loco cur ab Euangeliō in capite Genealogie Saluatoris, iunior Dauid annumeretur, post positio Abrahamo seniore, maximè cum Abraham iustum, David autem sacra pagina testetur peccatorem, idque omnibus adeo

sic notū, ut de eo dictū sit, quod blasphemare fecit inimicos Domini. Cui⁹ facti ratio, omissis alijs, ea potest assignari; Euangeliā nimirum Spiritu Sancto edoctū, peccatorē Dauid, innocentis Abraham in Genealogia Salvatoris præposuisse, ut pœnitens quisq; spem veniæ certissimam sibi promitteret: hac enim ratione Christus Dñs in Euangeliō sepius se dicit filiū hominis, cū interim se filiū Dei, & unigenitū Patris, posset nominare. Id quod etiam Paulus ad Hebr. 2. Ad He notasse videtur cū dixit. Non cō br. 2. funditur fratres eos vocare. Et ipse Dei filius in Ps. 21. Narrabo, inquit, nomē tuū fratribus meis, Et ps. 21 Matth. 28. Nutrite fratribus. Et Matt. vt Petrus spem quoq; concipere ret veniam consequendi, quan uis eū negauerit, ait Angelus mulieribus, dicite fratribus eius, & Petro, quia præcedet vos in Galileam. Adde in confirmationem, Ioseph in Aegypto in figuram huius rei fratribus dixisse. Nolite timere. Ego sum Ioseph frater vester quem vendidistis. Quasi diceret. Quāvis tanti sceleris me mores, timere deberetis, fraterni tñ sanguinis memetote, spēq; cōcipiētes veniē, nolite timere qua

Gen.  
459

## Annotationes in Euangeliū

qua forte ratione Eſaias locutus de aduentu filij Dei in carne mortali, prius humanitatis ipsius, quam diuinitatis fecit mentionem. Ascendet, ait, sicut vir-

Eſ. 53, 5. gultum, & sicut radix de terra ſitienti cap. 53. Radix namque ad diuinitatem, virgultum ad humanitatem referendū est; alias minus accōmodatē Christus diceretur radix Dauid, à quo tanquam a radice originem traxit, dicente Euangeliſta, Liber generatione Iesu Christi filij Dauid.

Rup. vnde Rupertus locū exponēs, magnificum, inquit, ac mirabile eſt eius eſſe radicem, de cuius stirpe deſcedit. Itaque secundum diuinitatem dictus eſt radix Dauid, quia sicut radix vitem, aut palmitem: ita Patrem ſuę carnis Dauidem portat Christus secundum diuinitatem. Vnde etenim Dauid, & tota gēs illa, vnicar Do mini dici cōſueuit, niſi quia per fidem venturo inhārebat Christo, qui dicit. Ego ſum vitis, & vos palmites. Ioan. 15. Hanc etiā ob

Io. 15. cauſam idem prophetā de Mefſia venturo loquens, prius agnum, quam Dominum appellauit dicens, Emittē agnum Domine Dominatōrē terræ. Agnus enim ad humanitatem, quę erat im-

molanda, Dominus vero ad diuinitatem refertur, ſecundum, quam potens eſt mortis imperium, & peccati regnum deſtruere. Quanuis ergo ex peccati recordatione Dominum timere debeamus, quia tamen idem Dominus ſimul eſt agnus pro eisdem peccatis in Cruce immolatus, maxima ſpes veniæ eorumdem peccatorum nobis eſt concipienda; maximē cū idem agnus Dei, qui vt immolari posset non aperuit os ſuum, voce magna, hoc eſt, cum clamore valido, & lacrymis, vt loquitur Paulus ad Hebræ. 5. pro nobis postulans, exauditus eſt pro reuerentia ſua. In quam ſententiā non minus pie, quam deuote quidam dixit.

Spes mihi magna ſubit cum te mitissime Christe,

Spes mihi respicio cum mea facta, cadit. Speret qui metuit, morituros viuere vidi. Spe duce, victuros ſpe moriente mori. Verum ad propositam Eſaiꝝ authoritatē reuertamur, apparetq; Prophetam nomine vīgulti humanitatem Christi intellexisse, ſicut & radicis nomine diuinitatem ipsius ostendimus eſſe intelligendam. Notandum eſt igitur Septuaginta interpretes priorem huius vaticinij

nij partem, videlicet, ascendet sicut virgultum, longe aliter trās tulisse: Sic enim habent. Annūtianimus coram eo quasi puerum, Sic ex Gr̄eco vertit Diuus Hieronymus. cur autem septuaginta ita trāstulerint, illud fuit causa, vt quibusdam placet, quod vox hebræa, pro qua vulgatus transtulit, virgultum, significat fugere, lactare, & nutrire; quā ob causam trahitur ad ramum, seu virgultum significandum, eo quod humorem fugit ab arboris radice, sicut infans ex matri vbere; itaque optime vertit Diuus Hierouymus, virgultum, sicut & Symachus, ramum. Ex hac verò obseruatione iam vides Esaiā cū dixit, a seē det sicut virgultum coram eo, & sicut radix, prius humanitatis in Puerō I E S V adhuc lactente meminisse, ne forte aliquis audiens Deū aduentare, timore perterritus de fuga cogitat cum patre Adam, qui quæsitus a Deo, & vocatus respondit. Domine vocem tuam audiri, & timui, & abscondi me: ne igitur Deū in humanitate ad nos venientem fugeremus virgultum Propheta sonuit, seu puerum adhuc lactentē, cuius vox,

vt notauit Petrus Chrysologus, potius amorem conciliat, quam incutit timorem, Ecce, inquit, Infans est, & sine doce: nam vagientis vox potius miseranda est, quam timenda.

Secundo. Quod Matthæus Euāgelista Iesum dixit filiū David p̄enitentis, priusquā eū diceret filiū Abrahæ innocentis, factū est in gloriam, & honorem p̄enitentium, qui semper in diuina Scriptura innocentibus anteponuntur, In cuius priuilegiū figuram, ovis illa errabunda, ascendit humeros Pastoris, nonaginta nouem interim in deserto relictis. Lucæ 15. Imposuit eam, inquit, in humeros gaudens. Notandum est, verbum, gaudens: In eo enim ostenditur magna lātitia, summumque gaudium, quo gauisus est Christus in die, quo humanitatis habitum induit in B. Virginis viro, quemadmodū de eodem dicitur allegoricè in illis verbis Canticorum cap. 3. Cāt. 3. Egredimini filia Hierusalem, & videte Regem Salomonē in diademate, qua coronauit eum mater eius, in die solemnitatis, & latitiae. Quod enim hęc verba de die incarnationis ei⁹, allegoricè intel-

## Annotationes in Euangelium

intelligenda sint, ostendit Gregorius his verbis. *Mater Christi Maria Virgo esse creditur, quæ coronauit eum diademate, quia humanitas tē nostram ex ea ipse assumpsit;* Et hoc in die desponsationis factum dicitur, quia quando filius Dei humanitati divinitatē copulauit, de redēptione nostra exultauit. *Natura ergo humana tanquam ouis,* quæ perierat, à verō pastore Christo quæsita, & inuenta, eius humeros ascendit in utero Virginis. *Quod si non erraret, nec à pastore quereretur, nec inuentata eius humeros assedisset;* huic enim opinioni libentius assentior cū Augustino dicēte, quod *filius Dei magnus de cœlo venerit Medicus, quia magnus in terra iacebat agrotus.* nisi ergo homo agrotaret, hoc est peccādo erraret, cur Medicus descenderet nulla causa esse videbatur, quē admodum etiam ipse Augustinus alibi ait. *Tolle morbum nulla causa est medicinae.*

Ex dictis infertur tertia ratio ob quam Euangelista Christum filium Dauid prius nominandum putauit. Nimirū, quia nulla alia fuit causa veniendi, in uteroq; virgineo caroem assumendi, nisi ut ouem perditam,

hoc est, errantē hominē in calam diuini gregis asportaret. Cū igitur Dauid peccati iam pœnitēsin persona naturæ humanæ peccataricis in Psal. 118. eiūdem naturæ assumptionem sumovere postulauerit dicens. *errauisicut ouis, quæ perijt: quære seruum tuum,* in Genealogia Saluatoris Matthē⁹ Primū posuit Dauid, ut ostenderet primā veniendi causā naturāq; humanā assumendi, atq; ouē perditā querēd i. siue peccatores saluos facere, de quo rum numero erat Dauid. Neq; vero quia ea, quæ diximus versa sunt B. Virgo Maria de numero ouiū, quas Deus quæsiuit, & inuentas redemit, excludenda est. Nō perijt illa quidē; verō ramen, & maximè quæsita, & primo inuenta est. Nesciuit vñ quā thorū in delicto, habebit nihilominus fructū in respetione animarū sanctorū. Vnde egi. B. Bernardinus serm. 5 I. C. 3. affirmat Christum Dñm̄ magis venisse in carne mortali pro B. Virgine redimenda, quā pro omnibus hominibus, etiā si omnes simul cū illa conferātur; & propter hanc causam illā vocat primogenitā Redēptoris. In quā sententiam refert Gloss. in illud Cant.

Cant. 4. *Vulnerasti cor meū soror mea.* Si verò quæris quomodo redēpta, quæ nunquam fuit captiua, vel quomodo erepta, quæ nunquam lapsa? Dicendum est quod Deus redemit eam præservatione, si non erigendo lapsam, saltem præseruando lapsuram. *Quid enim dixi,* ut ait Petrus Damianus, *in eius corpore, aut mente vendicare sibi potuit locum, quæ totius diuinitatis meruit esse Sacratum?* Serm. de Natiuitate Virginis. Idem Sanctus Doctor Serm. de Annuntiacione, de eadem Beatissima Virginis sic habet. *Cū fecerit Deus omnia sua opera valde bona, hoc melius fecit consecrans sibi in ea relictariorium aureum, in quo se post tumultus angelorum, & hominū inclinaret, & requie inueniret. Neque verò contemnenda sunt, quæ in laudē Deigenitricis Arator lib. I. in act. Apost. sic ait.*

*Anato formata suo mala criminis Euæ Virgo secunda fugat, nulla est iniuria sexus, Restituit quod prima tulerit.*

*Mala autem criminis Euæ, malum culpæ intellige, quod qui-*

dem ipsa Virgo fugauit, ne solis oris, sicut loquitur Chrysipus, *Nil ferre posset occasum.* Hoc est Chrysipus, ne aurora illa clarissima, ex qua mūdus sperabat fore ut Sol diuinus oriretur, posset ullis peccatorū tenebris obscurari. Quare nō imerito Ecclesia sancta, clarissimā Virginē, clarissimis confert corporib⁹ cœlestibus, modo eā solē, modo lunā, modo stellā Ge. 6. nominādo: his enim solū corporibus cœlestibus mūdus illuminatur, hibarescit, & cōseruatur: Hæc est etiā illa fenestra, quam Deus fieri iussit in arca Noe, ut in eam ingrediētes illuminaretur. Gregor. hom. 12. in Ezechie Greg. lē Rupert. lib. 4. comēt. in Gen. c. 17. dicūt arcām istā Ecclesię figurā fuisse, extra quā nec lucē quis inueniet, nec salutē. Fenes trā perquā lux ingredit̄ in arcā, virginē esse Mariā, de qua eadē Ecclesia lætabūda canit. *Intrent ut astra flebiles, cœli fenestra facta es.* Et iterū, *Tu regis alti ianua, tu porta lucis fulgida, ut dā datā p Virgīnē, gentes redemptæ plaudite.*

¶ In die festo B. Irenæ Virg. & mart. ¶

A N N O T A T I O N E S

In Euangelium, Matth. 25.

*Annotationes in Euangelium*

*Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostras extinguntur.*

1. **M**nes Christi fideles, qui bus Deus tanq; nā spōsus spiritualiter coniungitur, ppter fidei integritatē virgines appellātūr iuxta illud 2. ad Cor. 11. *Despondi vobis, vniuerso virginē castā exhibere Christo. Observadū tñ' est nuptiarū huiusmodi fru-  
tionē semper bellū præcedere.*
2. **V**nde Apoc. c. 12. prius dictum est factū, fuisse præliū magnū, in cęlo, hoc est in Ecclesia, quā dicereb; beati, qui ad cœnā nuptiarū agni vocati sunt. c. 19. hinc etiam Apostolus Timotheū exhortās labora, inquit, sicut bonus miles Christi. ecclesia etiā sponsa agni, cōparatur non solū choris, sed etiā castris. Cāt. 7. *quid videbis in sunamite, nisi chorus castrorū?* vbi notandū est coniugi chorus cū castris. Chorus multitudo est exultantiū, canentiū, choreaſq; ducentiū; dicitur autē chorus castrorū n̄ castra chororū: quia ex castris chori sūt, hoc est nuptiarū exultationē pugna præcedit. Necverò quæcūq; pugna sufficit, sed boni tantū militis,
- Cat., Iosue cap. 8

qui nec vñquamarma deponit, nec ſemel, aut cœpius vicifē cōtētus eſt, ſed vſq; in finē in victoria perſeuerat. id autē expressū fuolle videtur in tit. Ps. 4. & alio- rū, qui inscribūtur, in finē, ſeu vi- catoria, vel ad victorē. vi signifi- cetur præconia victoriarum, de quib; in illis Psalmis agitur, non conuenire niſi in eum, qui vſque in finem vicerit, Ideoque Apocalipſis capite secundo, Nō dicitur quivicit dabo edere, ſed vincēti dabo, hoc eſt, ei, qui ſemper vincit!

Ad huiusmodi verō pugnam iubet nos Apostolus indui arma lucis, operaque abijcere tenebrarum. ad Roma. 13. *Abijciamus, inquit, opera tenebrarum, & induamur arma lucis: ſicut is die honeste ambulemus. Operate nebrarum peccata intellige, vel quia priuata ſunt lumine ratio- nis, quo illustrari debent huma- na opera, vel quia in tene- bris fiunt. Abijcere autem ſi- gnificat aliiquid à ſe proijcere cum contemptu, & indignatio- ne;*

ne; quo eodem modo operatenebrarum, hoc est peccata à nobis abijcienda sunt. Inducimur etiam ad sumenda arma locis, hoc est virtutes, quæ ut ait D. Thomas, Arma dicuntur in quantum nos muniunt, secundum quod dicunt ad Ephes. Ultimo. induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Nō est autē prætereundū id, quod sequitur, sicut in die honeste ambulemus: hoc enim, inquit D. Thomas, dies congruere videtur. Primo quædam honestas: nam in die non quisque se componere studet, sed coram alijs honestus appareat. Secundo. homo in die ambulat, non in nocte, cum ergo ait, ambulemus, exhortatur ad virtutis usum, & profectum. Vnde & Ioann. 12. dicitur, ambulate dum lucem habetis. ambulate, dixit, quia non proficere, deficere est.

Huiusmodi defectum patiebantur quinque ille Virgines fatuæ, quæ prudentibus dixerunt, date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Merito enim de lampadarum extincione dolent, quæ oleum indeficiens, quod super infunderet, parare neglexerunt. Vnde in libro Proverb. cap. 10. dicitur,

egestatè operata est manus remissa manus autem fortium, diuitias parat. Et ut ibidem dicitur, qui congregat in messe filius sapiens est: qui autem sterit astate, filius confusonis. Vnde beatus Hieronymus super id, quod fatuæ Virgines dixerunt, date nobis de oleo vestro, quæ lampadet, inquit, suas queruntur extinguiri, ostendunt eas ex parte lucere: & tamen non habent lumen indeficiens, nec opera perpetua. Siquis igitur habet animam virginalem, & amatorem est pudicitiae, non debet mediocribus esse contentus, quæ citò exolescunt, & exortio chasmate, hoc est, hiatus seu scissura, arefiunt: sed perfectas virtutes sequatur, & lumen habeat sempiternum.

Eundem virtutis defectum nequando incurrire posset spōsa, sic sponsum alloquitur. Cāt.

1. Trahem e post te curreremus, in odom rem anguentorum tuorum, Super quibus verbis Bernardus serm. Bern. 21. in Cāt. Quid mirum, inquit, si indiget trahi, quæ post gigantem currit? quæ comprehendere nititur eum, qui salit in montibus, & culles transilit: Velociter enim currit sermo eius? non valet, ex aequo currere: non potest pari cum illo celeritate contendere, qui exultat ut

Cant.  
1.  
Bern.

# Annotationes in Euangelium

gigas ad currēdūm viam; & prop-  
tereā vogit se trahi. Fessus sum, in-  
qui, deficio, noli me deserere. Hec  
Bernardus. Quæ omnia cōple-

Hier. xus est Dñs Hierem. 3. cum sic  
habet. Patrē vocabis me, & post  
me ingredi non cessabis. Hoc est,  
semper per imitationē meisve-  
sti ijs insistes, quoniā semper  
tibi multū super erit imitandū,  
sicut in Psal. 104. Quærite faciē

P. 104  
Ef. 27  
eius semper. Eodē sensu intellige  
illud Efai. 27. florebit, & germina-  
bit Israel. Quo loco notādū est  
non sine mysterio prius dictum  
fuisse, florebit, quam germinabit,  
cū ē contrario plantæ prius ger-  
minare solcā tquā florere: qui avi-  
delicet iustus cū in flōre est, ad-  
huc se debet reputare in germi-  
ne esse, ut conetur magis efflo-  
rescere, & in vberiorē erūpere  
fructū. Illud etiā significari addi-  
derim, sancti, & religosā animā,  
quæ cœlesti spōso placere studet  
cū in flore est aliquarū virtutū,  
eo ipso tēpore alia ex parte ger-  
minare debere, ut de nouo ef-  
florescat, & fructū ferat. Itaq; cū  
quosdam flores, & fructus pro-  
duxerit, debere simul in aliorū  
quoque bonorum operum ger-  
mine pallulare, ut semper in-  
germine, in flore, & in fructu sit.

Quā verò Deus x̄gerrime fe-  
rat quālibet in virtutū progres-  
su in curiā, in ijs presertim, quo-  
rū est ad perfectionis apicē aspi-  
rare, intelligi potest ex illis ver-  
bis Apoc. 2. ad Episcopū Ephes.  
Sustinuisti propter nomē meū, &  
non defecisti, sed habeo aduersum  
te pauca, quod charitatē tuam pri-  
mam reliquisti. Memor esto vnde  
excideris, & age pœnitētiam, &  
prima opera fac: si autē venio tibi  
cito, & mouebo candelabrum tuū de  
loco suo. Quib⁹ verbis De⁹ acer-  
be inuehitur in Episcopū, quod  
nō nihil de primæ charitatis ar-  
dore remisisset, & vt existimat  
Ricardus nimis secure vixisset,  
quædāq; oscitanter egisset, atq;  
ā culmine perfectionis, ad infe-  
riorē virtutis gradū per in curiā  
sit delapsus. quod si De⁹ Ephes.  
Episcopū tanta redargutione  
dignū existimauit, nō quod cha-  
ritatē amiserit, sed quod de ipsi  
remiserit feroce, quanta ani-  
maduersione dignas fuisse exil-  
timandum est fatuas virgines,  
quæ cū extinctis lāpadibus, de-  
ficiente oleo charitatis, cœlesti  
sponso obuiam exire voluerū?  
neq; enim solū ob defectū fero-  
ris à thālamo spōsi ejcerentur,  
nisi etiā bonorū operum oleū,  
cuius s.

cuius defectu charitas amitti sollet, in lāpadibus defecisset. Ne igitur nos simili pœna multe-  
mur, Aug. serm. 15. De verbis Apostolis sic exhortantē audiamus. *Sēper tibi displiceat quod es,*  
*si uis peruenire ad id, quod nō dum es: nam ubi tibi placuisti, ibi remā-  
sistī. Si autē dixeris sufficit, & pe-  
rūisti. Obluiscere præterita, noli in  
ea respicere, ne ibi remaneas, ubi  
respiceris: propterea enim Christus  
dixit Luc. 17. Mementote uxoris  
Loth. Gen. 19. In cuius rei figu-  
rā in scalla Iacob nullus Ange-  
lus quiescens apparuit, sed om-  
nes, vel ascendētes, vel descen-  
dentes, quia in virtute aut ascē-  
ditor, aut descenditur quemad-  
modū adnotauit B. Bernardus  
Epist. 91. Solus Deus, inquit, me-  
lior se ipso esse non vult, qui non  
potest. Vidi Iacob in scallā angelos  
ascendētes, & descendētes Gen. 28.  
Nūquid stante quempiam siue sedē  
tē? non est stare omnino in pēdulo  
fragilis scalæ. Si attentes stare, ru-  
as necesse est. Minime bonus est, qui  
melior esse non vult: & ubi incipis  
nolle fieri melior, ibi etiam' desinis  
esse bono. Huc pertinet illud Pro  
verb. 4. Iustoru[m] semita quasi lux  
splendēs procedit, & crescit usq[ue] ad  
perfectā die. Quia ergo virgines*

fatuæ lucē hanc in lāpadibus  
suis accensā habere nō curaue-  
rūt, cū prudētibus ad spōsi nu-  
ptias ingeredi non meruerunt. 5.

*Date nobis de oleo vestro.*

**S**TULTA PETITIO: PRIMO QVIA, VT Bernardus ait Bernard. Vix iustus salua-  
biur, & vix etiā sanctis iustitiæ  
oleū sufficit ad salutē, quanto mino-  
& sibi, & proximis? Noë, David,  
Iob, nec filiu[m] liberabūt, sed sicut ani-  
ma, quæ peccauerit ipsa morietur,  
sic quæ iustitiā fecerit, ipsa saluabi-  
tur. SECUDO. STULTA FUIT ISTA PETI-  
TIO, QVIA SICUT AIT CHRYSOSTOMUS,  
CUM MAIUS DICERINT, IN MINORI DI-  
CETE SUNT. RUBORE CONFUDOR, & LACRY-  
MIS, VIRGINEM STULTAM AUDIENS: ERU-  
BESCO CUM AUDIO NOMEN, POST TALE  
VIRTUTIS LUCRUM. VBI AD CÆLUM EUO-  
LARUNT, VBI VOLUPTATIS FLAMMAM  
CONCULCAUERUNT, TUNC INSPICTES DI-  
CUTUR; & VERE INSPIENTES, QOD  
MAIUS CUM VICISSENT, A MINORE DI-  
CETE SUNT.

TERTIO. STULTA FUIT NIMIS, & IN-  
SIPIES.ILLA PETITIO, QUATENUS ALIE-  
NIS MERITIS DIVINI SPONSI THALA-  
MUM CONSEQUI VOLUERUNT: NON  
ENIM DORMIENTIBUS, & OSCITANTI-  
BUS, SED VIGILANTIBUS, & CONTRA VI-  
TIA FORTITER PUGNANTIBUS DAT DÑS  
PRÆMIA, & LABORI MERCES PARATUR,

## Annotationes in Euangelium

Amb. Quemadmodum dixit Ambro-  
sius, & annotauit Rupertus ad  
eum locum Apocal. i. *Ego Ioā-  
nes frater vester, & particeps in tri-  
bulatione, & regno.* Prius enim  
dixit particeps in tribulatione,  
quam in regno: quia, qui regni  
cœlestis particeps esse voluerit,  
& ad diuini sponsi nuptias intro-  
duci, non alieno sudore id spe-  
ret consecuturum: sed si susti-  
nuerit, & cōregnabit. *Hoc,* in-  
quit, *ius legale est apud cœlestem  
regem:* ait enim Lucæ 22. *Vos estis,  
qui permanistis mecum in tēratio-  
nibus meis: & ego dispono vobis  
sicut disposuit mihi Pater meus re-  
gnum;* ut edatis, & bibatis super  
mensam meam in regno meo.

Ab hoc autē legali iure, nec  
ipse Christus exemptus esse vo-  
luit, quemadmodum docuit Pe-  
etros Epist. 1. cap. Scrutās, inquit,  
quod, & quale tempos significaret  
in eis spiritus Christi, prænuntians  
eas, quæ in Christo sūt passiones, &  
posteriorē glorias. Posteriorē  
dixit, id est, præcedentibus tri-  
bulationibus comparatas, sicut  
Glossa interpretatur; idemque  
docet Tertullianus de corona  
militis cap. 14. Expendēs, quod  
ait Lucas. cap. 24. de Christo  
post resurrectionem, quod sci-

licet comederit fauum mellis  
cum discipulis. *Christus,* inquit,  
*fauos post fellā gustauit: nec ante  
Rex gloriae à cœlestibus salutatus  
est, quam Rex Iudeorum præscrip-  
tus in Cruce, minoratus primū  
Patre modicum quid circa angelos,  
& ita gloria, & honorare corona-  
tus.*

In eādem sententiam notā-  
da, & exponenda sunt verba illa  
Petri Apost. Epistola 1.c.4. Cū  
sic ait. *Charissimi nolite peregrina-  
ri, in fruore qui ad tentationē vobis  
fit, quasi noui aliquid vobis con-  
tingat, sed communicantes Christi  
passionibus gaudete, ut & in reue-  
latione gloriae eius gaudetis exul-  
tantes.* Quem locum D. Cypria-  
nus libro 4. Epistolarū; Epistol. c.  
6. Sic legit, *Nolite mirari ardore  
accidentē vobis. &c.* Per fero-  
rē verò seu ardorem, accipe tri-  
bulationem hoc sensu. Nolite tri-  
bulationibus commoueri, quasi  
nouis, & insolitis. Hoc est noli-  
te mirari propter tribulationes,  
quæ vobis accidunt, quasi ho-  
mines in huius modi peregrini,  
& hospites: est enim peregrino-  
rum proprium, externarum gē-  
tium mores, & opera admirari;  
ne igitur tanquam peregrinos  
vos in tribulationibus exhibea-  
tis

tis, quasi tribulationes in virtu-  
tibus acquirendis, & conseruā-  
dis, homini Christiano nouæ  
sint, & insolitæ; in qua doctrina  
verè peregrinabatur virgines fa-  
tuæ cum de alieno lucere volē-  
tes dicebant, *Date nobis de oleo  
nostro.* &c.

*Neforte non sufficiat no-  
bis, & vobis.*

Pudentes Virgines pru-  
denter responderunt dicē-  
tes, *ne forte non sufficiat nobis, &*  
*vobis.* Felices, quas fecerūt alie-  
na pericula cautas: cum enim vi-  
derent fatuarū lampades prop-  
ter olei defectum in proximo  
iam esse ut extingueretur, oleū  
quod in vasis sibi reseruauerāt,  
præcauētes in futurum, alijs da-  
re renuerunt. Hoc autem para-  
bolice Christus Dominus disci-  
pulis prædicauit, vt ostenderet,  
omnibus, ad cœlestes nuptias  
intrare cupientibus, opus esse  
ad hoc diuinū, & in expugnabi-  
le, forte cōfugere; intueamur er-  
go, & nos sanctos Dei homines ad  
hoc forte, semper se recipien-  
tes ne ab hostibus expugnētur,  
& in primis Bernardum, eun-  
demque velut ducem milia spī-

ritualis sequamur: is enim in eū  
locum Psalmi, *Cum acceperorem-  
pus, ego iustitas iudicabo, Veren-  
dum, inquit, cum ad hoc ventum  
fuerit, ne sub tam subtili examine  
multæ nostræ iustitiæ (ut putatur)  
peccata appareat. Profsus horreo in-  
cidere in manus Dei iunctis, ve-  
reor aspectū exploratoris illius, qui  
post parietē stat. Videor, & non vi-  
deo, Hæc Bernardus Beatus etiam Bern.  
Ambrosius ad virginē lapsum Amb.  
c. 8. Pone, inquit, te ante te, & te  
iam crede positā apud inferos sine  
fine, & ideo omnē afflictionē subi-  
re esto contenta, vt ab aeterno illo  
igne libereris. quorsum igitur pu-  
tatis sanctū Doctorē lapsum vir-  
ginē ad tantam horrari pœnitē-  
tiā? nō ne sufficiebat iam re-  
sipuisse, iam Deo per mandato-  
rū obseruationē adhæsse, vt ad  
agni nuptias, & vocaretur vt  
beata, & reciperetur vt sponsa?  
Sufficiebat, quidē: verum quia  
hoc ipsum ignoratur quandiu  
sponsus tardare videtur, voluit  
sanctus Doctor, vt post carnis  
lapsum, multa etiam eiusdē car-  
nismaceratione certam saceret  
veniā peccatorū, ad illud tutis  
simū, forte cōfugiēs intra quod  
prudētes virgines se receperāt  
dicētes, *ne forte non sufficiat. Su-*  
per*

## Anotations in Euangelium

per quibus verbis Chrysost. sic  
habet. Ostendit quod ita futurū est  
terrible Dei iudicium, ut nulla inno-  
centia sibi confidat. Et verè quis  
est natus de muliere, qui credat iu-  
stū se esse inueniendū in conspectu  
illius, de quo ait B. Iod. c. 25. Stelle  
non sunt mundæ in conspectu eius  
& cœlum sine crimine non est.

Si ergo impeccabilis natura  
stellarum, & cœli, quantū ad iu-  
stitiam Dei inuenitur esse pecca-  
trix, quomodo ante eum homo  
apparet iustus, cuius & sine vo-  
luntate peccandi, peccatum est  
ipsa natura? ait enim apostolus  
ad Rom. 7. Ego autem carnalis sum,  
sub peccato venundatus: quod enim  
operor non intelligo: non enim  
quod volo hoc ego, sed quod nolo  
illud ago, & iam non ego operor  
illud, sed quod habitat in me pecca-  
tum. Tantus ergo erit tunc tre-  
mor omniū etiā Sanctorum, ut  
nemo speret se iustum inueniē-  
dum, sed magis timeat ne forte  
reus existat. Quomodo ergo  
pro peccatoribus tunc interce-  
dant iusti, cum timeant ipsi de-  
se? hęc Chrysostomus.

Habet etiam diabolus suum,  
forte, intra cuius menia otiosos,  
negligentes, & tepidos in suam  
iisorum certam recipit perni-

ciem, & interitum. Est autem  
illud (forte sufficiet;) quanto  
verò sint in hoc, forte, homines  
periculo expositi, collige primò  
ex illa Domini comminatione  
ad Episcopum Laodicææ. *Quis*  
*tepidus es, incipiā tc euomere ex ore*  
*meo.* Dicitur enim Deus tepidū  
euomere ex ore, non verò ex  
stomacho, vt intelligas tepidū  
vsq; adeo ei displicere, vt eum  
omnino deglutire non possit,  
sed in ore tanquam displicen-  
tem cibum retineat, aquo sto-  
machus abhorret. Secundo col-  
ligitur idem periculum intepi-  
dis hominibus, ex eo, quod ho-  
minis natura post labem origi-  
nalis peccati, vbi per negligentiā  
torpet, facilē ad frigus peccati  
relabitur, quē admodum elegan-  
ti similitudine docuit Paulus ad  
Hebr. 2. Cū ait. *Abudātius opor-*  
*tet obseruare nos ea, quæ audiūm-*  
*ne forte per effluamus.* Quo loco  
cōparauit Apostolus hominem  
vasi fictili, sūpta metaphora à va-  
sis rimā habentibus, quæ sic ef-  
fluūt, vt tandem perefliuant, & ni-  
hil omnino liquoris retineant:  
significat igitur Apostolus in cū-  
bendū maximè esse in virtutis  
studiū, quoniam si semel rimā  
aliquā habere cōperimus, toti-

quam citissime per effluemus,  
vniversæq; virtutes tanquā a-  
qua ex fracto vase dilabentur,

*Ite potius ad vendentes,  
& emite vobis.*

Ronice dictū videt, ite potius  
ad vēdentes: neq; enim tūc iē-  
poris vēdūtūr virtutes, sed ma-  
ximo nūc labore partē acquirū-  
tur. tardatū est, inquit, Bernard.  
iam enim iustitiae oleū nequaquam  
venundatur. Nūc ergo sufficiens  
oleū nobis emendū; imò gratis  
accipiendū à Deo, qui libentius  
dat, quā homines accipiūt. In cu-  
ius rei figurā euangelicus ille p-  
digus surgens venit ad patrē: pa-  
ter verò audiens quod veniret,  
accurrēs cecidit super collu eius. vbi  
notandū est, quod de filio dici-  
tur, denit, de patre verò dicitur  
quod, cūcurrit, vt significetur li-  
beralitas Dei, & celeritas in lar-  
giēdo; quia nimirū homo vixut  
accipiat, venit, Deus autē vt lar-  
giatur currit. In quē locū Basilus  
hom. 57. Solum, inquit, velis, &  
Deus præcurrat. incipit prodigus di-  
cere peccavi, & pater assumit. Nāo  
no deixa acabar.

Chary. D. Ioannes Chrysost. hom. 9.  
De pœnitētia tom. 5. ait paupe-  
res esse huius olei venditores.

Qui nam sunt, inquit, huius olei  
vēditores? pauperes ad eleēmosi-  
nā sedentes. Et quanti emitur quā-  
ti libuerit. Pretium non appono ne  
obiijcas inopiam. Quantipotest tāti  
eme. Habis denarium eme cœlum:  
non quod venale sit, sed quia Do-  
minus clemens est. Non habēs de-  
narium? da calicem aquæ. Neque  
id habes? oppresso compatere, atq;  
appensam habes mercedem.

Gregorius etiam Nazianz. Greg.  
Nazi. Sic in eandem sententiā exclā-  
mat. O miram beneficentiae cele-  
ritatem. O facilem contrahendi ra-  
tionem. Hoc bonum solo volunta-  
tis pretio emēdum tibi proponitur.  
Eodem modo, & sensu exponit  
Clemens Alex. verba illa apud  
Esaiam Prophetam cap. 55. Om-  
nes sitiētes venire ad quas. & qui Clem.  
non habetis argētum properate. ad Alex.  
hortatur, inquit, ad lauacrum, ad  
salutem, ad illuminationem, prope  
modū clamans, & dicens. Domine  
o fili, terram, mare. Solummodo  
patrem sitiās, Deus tibi gratias ostē-  
ditur. Hæc autem omnia supra-  
dicta, iā sunt in beatissima Irena  
virgine, & martyre ostēdenda.

Sequuntur encomia B.  
virg. & mart. irenae.

Con-

## Annotationes in Euangelium

**C**onsideremus in primis huius prudentissimæ virginis animum Cœlestem sponsū, cœlestemq; patriam iam ab incunabilis sitientem: ea namque nobilibus parentibus Hermegio, & Eugenia nata apud Nabantia in signe Scalabitani Conventus oppidum in Lusitania, à prima ætate Castæ, Iuliæq; amitis traditur educanda; quarum doctrina, & religione ita proficit, ut expleto ætatis, ac nouitia sua tēpore Monasticæ professionis institutum, summa deuotione suscepit, sciens scriptum esse. Bonum est viro cū portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, & tacebit, quia levauit se super se. Solitarius intelligitur hoc loco ille, qui in sui cordi sintimo secessu eleuat se super se per contemplationem; Se inquam spiritualem, super se carnalem, quemadmodum expavit Diuus Ambrosius serm. 9. in Psalm. 119. Qui sic eundem Hieronimæ locum legit. Sedebit singulariter, & si lebit, quia taliter iugum præue. qui est, inquit, qui singulariter sedet nisi qui seculari bus voluptatibus abdicatis, molestiarum omnium excludit tumultus?

In huiusmodi solitudine mē-

tis virgo beatissima soli Deo placere cupiens, toto mentis affectu studebat virginem se castam exhibere Christo, cui se nuper desponsatam gloriabatur: meminerat enim scriptum in Psa. 72. *Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Deo spem meā: quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei; hoc est, cui soli cor meū cultum tribuit, cum interim multi amatores singuli Deos suos habeant, quos venerentur, iuxta illud Pauli ad Philip. 3. *De gualx deditis, quorum Deus venter est.* Beata igitur Irena soli Deo adhærens, cætera omnia despiciens. Propter quam terrenarum rerū despicientiam de ea non incongruè dici potest signum illud magnum, quod Ioanni apparuit in cœlo, mulier numerum amicta Sole, & Luna sub pedibus eius; id quod beatus Gregor. lib. 33. Moral. cap. 7. *De Eccl. Ecclesia interpretatur, cuius Irena membrum est. Apparuit, inquit, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius: in Sole enim illustratio veritatis, in Luna autem mutabilitas temporalitatis accipitur. Sancta igitur Ecclesia, quia super**

pernoluminis splendorc protegitur, quasi sole vestitur, quia verò temporalia despicit, lunam sub pedibus premit. Quæ omnia, ut vides, vnicuique animæ Sanctæ, quæ ipsius Ecclesiæ est membrum accommodantur, maximèque Irenæ virginis, quæ cœlestis gratiæ lumine diuinitus illustrata veluti amicta sole cœlestium nuptiarum amore accensa, terrena omnia ut Christum lucri ficeret pro nihilo reputabat.

In libro Genesios cap. 14. Legimus de Patriarcha Abraham, quod cum Rex Sodomorum illi offerret spolia omnia præter homines, sic ei respondit. *Leuo manum meam ad Dominum excelsum possessorem cœli, & terræ, quod à filo Subtegminis usq; ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas ego ditanui Abraham.* Hanc terrarum rerum despiciētiam repimus in Irena virgine prudentissima, cui cum Britaldus Castinaldi filius terrenam substantiam, auri, argenteique copiam ingentem obtulisset, omnia pro nihilo facienda existimauit, ut uno Deo, sponsoque Christo, cui omnia sua accepta referrebat, in æternum fruere-

tur: Non enim poterat auro, gemmisque ditari, nec generis nobilitate Britaldi decorari, nec pretiosis vestibus exornari, quæ pro vestibus sole pro corona stellis, Luna verò pro calceamento, ut superius tetigimus vtebatur.

Non est prætereūda sanctissimæ huius Virginis ardens, & pene incredibilis charitas: cum enim Deo revelante cognouisset Britaldum eius amore improbe captum in grauißimum corporis, animique morbum incidisse, cuius à medicis ignorabatur causa, fraterna accensa charitate Irena ad eum inuiscendum se contulit, ut ægrotantem diuinis suasionibus læthali morbo libertaret. Manibus itaque super eum impositis, divina ei virtute pristinam restituit sanitatem. Verum humani generis hostis hanc virginis charitatem, & sanctimoniam ægrè ferens, Christi sponsæ infidias machinatur: Remigius enim Monachus, cui à Cœlio Abbe Irena virgo fuerat commendata literis, & religione instruenda, cœpit virginem deperire, eamque impudicè compellare; quæ cum illum à nequissimo amore

totis

## *Annotationes in Euangelium*

totis viribus liberare conaretur

Remigius repulsam ægerrimè

13• ferens, maleficæ herbæ potio-  
nem Irenæ præbuit, eiusque v-  
terus itumescens iam eius fa-  
mam virginitatis, cunctis ad-  
mirantibus lædebat. Tunc Bri-  
taldus se à virgine cõtemptum  
existimans, militem adhorta-  
tur, ac iobet, vt Irenam, cum  
primum potuerit, occidat; quā  
ille cum ad fluminis ripam, no-  
cte orantem inuenisset, gladio  
iugulauit, corpusque eius influ-  
uium proiecit, anima ad dupli-  
cē coronam, virginitatis, & mar-  
tyrij in cœlum euolante, tertio  
Calendas Nouembr. 653, anno  
à Christi nativitate. Mane autē  
facto, increuerat fama Irenam  
cū suo amatore aufugisse; Deus  
tamen Optimus Maximus, quæ  
acciderant, Cœlio Abbatii Vir-  
ginis auunculo reuelauit, qui  
coram omnibus factum enar-  
rat, & ad inquirendum Irenæ

corpus per Nabanem, & Oze-  
chàrum ad usque Tagum per-  
uenit. Iuxta igitur Scalabim vel  
vt alter Iordanis Tagus retro-  
sum conuersus est, apparuitque  
arida ubi inuentum est sepul-  
chrum angelico ( vt creditur)  
ministerio præparatum, in quo  
virginis corpus cōditum erat,  
ibidēq; tunc temporis miracu-  
lis editis maximè claruit. Cum  
autem inde sepulchrum cū cor-  
pore euellere conarentur, nec  
id ullis viribus efficere potuis-  
sent, reuersus fluuius sepulchrū  
aquis iterum operuit, cum in-  
terim eius anima virginalis ad  
cœlestes nuptias vocata cum  
reliquis Sanctis virginibus cœ-  
lesti gloria potiatur. Nos ergo  
fratres virginē imitantes, Chri-  
stem induamur, vt terrena om-  
nia pariter despicientes de ma-  
lignis spiritibus victoriam re-  
portantes cœlestis gloriæ pal-  
mam consequi mereamur.

Pro

## ANNOTATIONES

IN EVANGELIVM

Matth. cap. 4.

*Ambulans Iesu siuxtamare Galilieæ vidit  
duos fratres.*

**I**dere Dei, misereri  
eis, ex multis sacræ  
Scripturæ locis ostē  
demus, & in primis

ex illo Psal. 32. *Ecce oculi Dñi  
super metuentes eum, & in eis, qui  
Iperant super misericordia eius, &  
eruerat à morte animas eorum, &  
erat eos in fame.* Psal. etiam 33.

**I**dem regius vates iustorum ani  
mas misifice inhunc modū cō  
solatur. *Oculi Dñi super iustos, &  
aures eius ad preces eorū.* Hoc est  
adiustos tanqñā ad charissimos  
filios Deus respicit, nec ab eis  
voquam oculos auertit. Que  
ris ad quid? *Aures, inquit, eius  
ad preces eorum.* Vtrumq; idem  
Propheta duobus verbis aperite  
dixit in Psalmo 24. *Respicere in  
me, & miserere mei.* Qua ratione  
in Cant. cap. 5. Comendantur  
oculi sponsi, columbinis; ocu  
lis comparantur cum dicitur;

*oculi eius sicut columba super riuu  
los aquarum, quæ lacte sunt lotæ,  
& resident iuxta fluenta plenissi  
ma. Quo loco oculi diuini spon  
si, allegoricè comparantur ocu  
lis columbatum, propter dona  
Spiritus Sancti, quæ Deus cō  
municat ijs, quos huiusmodi o  
culis intuetur: Columba enim  
symbolum est Spiritus Sancti,  
qui Matth. 3. In specie columbæ  
descēdit dicitur. Dicuntur aut  
em hæ columbæ lacte lotæ,  
propter innocentiam, & puri  
tatem, quæ ex ijs donis proma  
nent. De eisdem oculis illud  
etiam intelligendum est, quod  
dicitur in Psalmo. 10. *Oculi  
eius in pauperem respiciunt.* Vbi  
Hieronymus, *Ad quod, inquit,  
respiciunt?* *Ad adiuvandum A  
deo autem verum est divinam  
miserationem cum eisdem o  
culis semper esse coniunctam, ut  
non**

# Annotationes in Euangelium

non nisi ex magnis nostris cri-  
minibus diuini oculi ad iracun-  
diā prouocentur, iuxta illud  
Esaiae cap. 3. *Nolite me constitue-*  
*re principem populi; ruit enim His-*  
*rusalem, & Iudā concidit, quia lin-*  
*gua eorum, & ad inuentiones eorū*  
*contra Dominum, ut provocarent*  
*oculos maiestatis eius.* Quo loco  
est ad literam sermo de peccato  
Iudeorum, quod in nece Chri-  
sti suscepérunt, & de supplicio,  
quod Deus in eos, ob tam exe-  
crandum facinus vindicauit. In

Hier.  
2. quem locum D. Hieronymus  
sic ait. *Ideo dicit nullum velle p̄r-*  
*esse populo peccatori, quia contra*  
*Dominum blasphemauerunt. atque*  
*dixerunt, tolle, crucifice eum: non*  
*habemus regem nisi Cæsarem, &*  
*clementissimum Dominum furore*  
*linguae suæ ad amaritudinē prouo-*  
*cauerunt.*

Non potuit amplius peccatū  
illud exaggerari, quā vt Pro-  
pheta dixit Iudeos prouocasse  
oculos diuinę maiestatis, qni ex  
natura sua sunt misericordes, &  
non nisi vt misereantur ad ali-  
quem convertantur. Adde per  
oculos diuinę maiestatis, ipsum  
met Christum Dominū intelli-  
gi posse: appellauit enim Pro-  
pheta illum oculos maiestatis

Iehouah, id est patris, propter  
amoris illi magnitudinē, quo  
Pater Christum complectitur,  
eumq; tāquam suos ipsius ocu-  
los charissimū habet. Cū qua  
expositione cohæret aliorum  
translatio ita locum reddentiū.  
Et ad inuentiones contra Dominū  
ad lædēdos oculos claritatis ipsius.  
Verè enim Iudei cum Christū  
lædebant, ipsos met oculos cla-  
ritatis Iehouah, hoc est Dei Pa-  
tris lædebant, quippe qui filium  
tanquam oculos suos diligebat  
Quam eandem ob causam Pau-  
lus ad Colloſſ. cap. 1. Christum  
appellat filium dilectionis ipsius  
Patris, *Gratias, inquit, agentes*  
*Deo, & Patri, qui eripuit nos de po-*  
*testate tenebrarum, & transluit*  
*in regnum filij dilectionis suæ.* Po-  
tuit igitur tantum Iudeorum  
facinus ipsam Dei mansuetudi-  
nem, & misericordiam, ad iracū-  
diā prouocare, cū alias ipsius  
videre, misererī semper sit, id  
quod Euangelista Matthēus in  
hodierno Euangelio aperte do-  
cuit dicens. *Ambulans Iesus iux-*  
*ta mare Galilie vidit duos fratres*  
*Simonem, & Andream, & ait il-*  
*lis. Venite post me. &c. Vidi ut*  
*eligeret: Viderit enim Dei, ut ait*  
*Beda, eligere est, sicut eius nesci-*  
*re*

re, reprobare est. Sicut enim, inquit illos nescit, quos reprobat, Vnde in fine mundi reprobis dicturus est, nescio vos Vnde sitis; sic videre eos dicitur, quos in æterna præscientia elegit, sicut cuidam dictum est, cū esses sub fico Vidi te. Vedit ergo Dñs Petrum, & Andreā, quos per præuenientē gratiā in sorte Apostolat⁹ dignos elegit. Quid ergo eisdē dixerit audiamus.

Venite post me. Et c.

**S**unt quidē Christi exempla perfectissima, & quæ imitari minimè posse videntur, & quasi gigantis spatia, quæ nemo vnam poterit perfectè sequi, quæadmodum puer non potest suo passu, passum homininis, ne dū gigantis æquarc, iuxta illud poetæ de puerō Ascanio, sequiturq; Patrem non passibus æquis.

Quomodo ergo Christus Petru, & Andreā vocat, ut sequeantur, hoc est ipsum imitantur? Attendite, fratres, & neminem pigeat sequi Christū vocantē: qui enim Apostolos vocavit ut gressibus sequeretur, intus per gratiam traxit ut possint imitari. Minimè namq; fieri potest ut anima in tāta infirmitate, & naturæ corruptione Christū sequa

tur, nisi trahatur iuxta id, quod ipse ait Ioan. c. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Vnde sponsa in Canticis Canticorū non aliter scēum sequi posse sciens ait. Trahem me, post te curremus. Non dixit simpliciter te sequemur, sed post te curremus, id est, maximè, & feli citer sequemur, & miror si non dixerit post te volabimus. ( Tāta est efficacia, & suauitas, qua diuinus spōsus vtitur in trahēdis animabus ad salutem.) Hinc est quod Esaias cap. 6. Cū loquitur de cōcursu gentiū ad fidē Christi, non solū ambulādi, vel currēdi, sed volandi verbo vsus est dicens. Qui sunt isti qui vt nubes volant? Adde id quod ait beatus Ambr. lib. 3. de Virginibus. Nō Amb: laborat, inquit, qui Christū sequitur, cum vocet ipse laborantes dicens. Venite ad me omnes, qui labo ratis, & ego reficiam vos: quandiu enim sequimur sponsum non labramus iuxta illud Esaiæ. 40. Qui expectant Dñm current, & non laborabunt. Quid igitur mirum si Esaias vtatur verbo volandi, cū loquitur de his, qui currēdo minimè laborant? Ad confusione meminisse nostram verò Tullij sen

Ioa. c.

## Annotationes in Euangelium

Marc. tentiae adud Lælium.<sup>1</sup> Non sunt,  
Tul. inquit, audienti illi, qui virtutem  
duram, & quasi ferream esse volūt.  
Ecquis enim non confundetur  
hæc gentilis cuiusdam verba cō-  
ferens cū ijs quæ Bernardus scri-  
bit in Christi fideles male viue-  
tes. Nunc, inquit, frustra clamat  
Christus iugum suum suave esse,  
& onus leue, quandoquidem, &  
ab ipsis, qui Christiano censemur  
nomine, onus diaboli, & iugum car-  
nis, atq, sicuti huius, delectabilius  
reputatur. &c. Quæ habet in cā-  
dem sententiam.

4 Quanuis autem multa eorū,  
quæ Christus præcipit suapte  
natura grauia esse videantur, ad  
huc tamen iugum eius suave  
est, & onus leue ipsum sequen-  
tibus, & merito dulcescere de-  
bet si quid amari contingat:  
sunt enim onera, quæ leuitatem  
præstant sicut ait Bonaventura,  
vt alæaviabus, rotæ curribus,  
vela nauibus, pennæ sagittis.  
Suave vtique iugū, quod ope-  
ratur salutē nostram; quod etiā  
ipse Christus nobiscum portat;  
imò, & nos ipsos ferentes iugū,  
portat. Nam bos fortis in iugo  
iunctus vitulo tenero vt illum  
ad arandum assuefaciat non so-  
lum iugū portat, sed etiam ipsū

vitolum renitentem vi quadam  
trahit. Et hoc est, quod ait Esa-  
ias 26. Omnia opera nostra opera-  
tus est nobis. Neque verò est,  
incongrua figura in primo Pa-  
ralip.lib.c. 16. ubi De' dicitur iu-  
visse, leuitas importatione arcæ:  
ibi enim Lyranus notauit He-  
bræos asserere, quod diuina vir-  
tute arca leipsam portabat. hoc  
est sic portabatur, quod leuitæ  
nullū pondus sustinebāt. & pro  
hoc miraculo siebat, immolatio  
illa septem taurorum, & arietū.  
Nihil igitur iniucundum, & mi-  
nus suave à Christo Apostolis  
præcipitur cum ait, Denite post  
me: qui enim vt veniant præci-  
pit, gratiam donabit vt sequan-  
tur.

Quia hæc gratia, qua Deus  
nos adiuuat nō solum vt sequa-  
mur, sed etiam vt ne sequentes  
onus graue portare videamur,  
non nisi dono sit Spiritus Sæti,  
eadem Spiritus Sancti dona nō  
incongrue brachia appellâtur,  
quibus Sanctos amplectitor se-  
quentes Christum vocantem.  
Eadem denique brachia prop-  
terea è Cœlo in terram porri-  
git Deus sicut dicitur Deutero-  
nom. 33. Quemadmodum ex-  
ponit Rupertus lib. 2. in Deute-  
ronom.

ronom. cap. 20. ait igitur textus sacer. Non est Deus alius, vt Deus rectissimi ascensor cœli auxiliator tuus: magnificientia eius discurrunt nubes: habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna. Quid est, inquit, Rupertus, habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna? nisi quod Christus ascendit in cœlum, sedensque ad dexteram patris habitat sursum, & exinde porrexit huc brachia sua sempiterna, id est, Sancti Spiritus sui dona fortissima? Hæce adem Dei prædictudo in adiuuādis, quos vocat in munus aliquod difficile, & in vniuersum, quos voca non desinit ad salutem, signis fiscatur etiam Esaiæ 6<sup>s</sup>. Inuenient me, inquit, qui non querebant me: dixi Ecce ego, Ecce ego, ad gestem quæ nesciebat me, & quæ non inuocabat me. Sane non aliam ob causam Deus inuenit a nō querentib⁹, nisi quia ipse omnibus se offert, & omnes vias intercipit, vt ita in eum omnes, vel inscij, & imprudentes incurrit. Nec eo contentus, propterea clamat. Ecce ego, Ecce ego. Id quod etiam Christus de seipso significauit cum sponsus ait in Canticis Canticorum cap. 2. Ego flos campi. Vbi Beda obser-

uavit, non dixisse ego flos hor-  
ti: Hic enim non omnibus pa-  
tet; Sed ego flos campi, qui ònib⁹  
expositus est, ita vt à quocun-  
que libere deserpi valeat tran-  
seunte quasi diceret, vt ait Be-  
da; flos sum campi, quia per to-  
tius orbis latitudinem odoris mei  
gratiam innotescere cupio. Huic  
etiam videtur Simeon allusisse  
cum Lucæ secundo, de puerō  
Iesu ita cecinit. Viderunt oculi  
mei salutare tuū, quod parasti an-  
te faciem omnium populorum.

Beda:

Luc. 2

### Faciam vos fieri pescatores hominum.

**F**elix pescationis mutatio! Congruè de pescatoribus piscium, pescatores hominum facere voluit: quia sicut officiū est pescatoris, nauim ascendere, retia manibus tenere, & de profundis gurgitibus pisces ad litt⁹ trahere: Sic isti in gremio Ecclesiae recepti nauim fidei as-  
cendententes retia prædicationis in verbo, & opere habentes, de amarissimis, & tenebrofis mūdi gurgitibus, multos homines ad verā lucē traxerunt, hoc est ad xp̄m, qui dese ait, ego sum lux mundi. In verbis autē Salvatoris, quib⁹

Ee 2 Petrum

## *Annotationes in Euangelium*

Petrū, & Andream fratrē eius post se vocauit, iam aliquid ad morū cōpositionē adnotamus.

Primo notandū est sine ipso Christo Dño, qui verus hominū pīscator est, nihil omnino vtilitatis ex pīscatione euāgelica colligi posse, sicut ipse alibi dicit, *sine me nihil potestis facere.* Idēq; hoc loco innuit cū ait. *Venite post me faciam vos fieri pīscatores hominū.* Hoc est, venite, & ego faciam. Quasi diceret. Vestrū est venire, mēū facere. Sequimini ergo; mecū semper ambulate, & ego faciam ut pīscatione vestra aliquid capiatis. Vnde & ipse Apo-

*Luc. 5* stoli Luc. c. 5. conquerūtur quod sine magistro totā noctem laborantes nihil ceperint. Dns autē ut insinuaret nihil vtilitatis ex Apostolorū pīscatione absque ipsius ope, colligi posse, suumq; esse hominū mentes ab infidelitatis errore, morūq; prauitate auertere, Apostolorū verō tantummodo Euangelicæ prædicationis retia pandere, mittite, inquit, *in dexterā nauigij recte,* & inuenieris. Ipsi verō in verbo ei⁹ mittentes, cōpiosam pīsciū multitudinē capientes, duas nauiculas impleuerūt. Hoc ipsum forte Moïses futurum præuidebat,

qui vocatus à Deo ut ad Pharaonem mitteretur annuntiaturus ei Dei omnipotentiam, eductus rūsq; populū de medio Aegyptiorum, quasi solus hoc facere posse desperaret renuens ait, *Quis sum ego ut adam ad Pharaonē, & educa filios Israel?* neq; prius acquieuit, quam Deus diceret. *Ego ero tecum.* Attendant ergo diuini Verbi prædicatores timeant, tremantque Prælati animarum pīscatores, ne per peccatum à Christo separati, & auersi, totam huius sæculi nostrem laborantes, euangelicæq; prædicationis retiā mittentes nihil omnino Christo colligant vtilitatis. Tunc verò sine Christo se pīscari intelligent, cū propriam sectantes vtilitatem, nō in dexteram nauigij retia mitunt, animarum salutem nihil curantes.

Secundo notandū est tūc aliquē fieri vtilē Deo animarū pīscatorē, cū eadē, que in capturā lauit retia, manibus proprijs ntitur trahere ad terram. Hoc est, si id ipsum, quod ore prædicauit, studiat opere quoque complere, ne cum alijs prædicauerit, ipse reprobus efficiat. Alias enim, inquit Chrysostom⁹ non

non solum non profecisti, sed & potius læsisti, meliusque esset tacerre. Quare? quoniam, inquit, opus mihi fecisti impossibile. Adde pri⁹ Christum Apostolis dixisse, *Vos estis sal terræ*, quam diceret, *Vos estis lux mundi*. Sal enim nisi tāgat non salit; lux vero à longe illuminat. In quo innuit prius nos debere manū operi admoduere, quam alios docendo illuminare. Tertio, obseruandum est in verbo, *faciā Vos fieri*, nulla tenus eū debere prædicationis officiū scipere, quem Deus nō facit: qui enim, vel seipsum facit, vel alterius interuentione, & precibus sit, manifesto se periculo exponit: nam qui Deum non habuit vocātem, forte, nec ipsum habebit adiuuantem insuperueniente aliqua difficolitate, vel periculo superando; Huiusverò rei gratia sciendum est, inter ea vitæ discrimina, quæ sāpe occurrūt, esse aliqua, in quæ nos ipsos ingerimus, aliqua verò in quæ Deus ipse ob aliquem honestum finē, & utile, licet nobis ignotum, aliquando nos ingerit. Sic Jacob, ordinante Deo, fratris sorripuit benedictionem cum maximo, vt videbatur, vitæ discrimine. Ab

bis igitur periculis solet Deus suos semper milites liberare: ab illis verò minime: iustum est enim, vt qui amat periculum, pereat in illo. Ex dictis veropatet intellectus ad id quod scriptum est in lib. Sapientiæ cap. 10 de Patriarcha Iacob. Certamen forte dedit ei ut vinceret. Quanuis enim Iacob propter benedictionem illam, quam à Patre accepérat, videretur in extremum vitæ discriminē adductus, dixerat enim Esau, *venient, luctus Patris mei*, & interficiam Iacob, Quia tamen Iacob Deo ordinante fecerat, dicitur ibi, quod dedit ei certamen Deus, vt in eo vinceret, & non vt à fratre vinceretur.

In eo, quod legimus de Ionatha filio Saul in 1. Reg. cap. 1. Re. 14. vtrumque ostendemus. Is enim aggressus est castra Phylistinorum cum armigero suo, Deo, vt creditur, inspirante; unde nō solum est à periculo liberatus, sed etiam ad suos regressus cum maxima victoria: *Alij enim cadebant ante Ionathā, alios armiger eius interficiebat*. Non est autem præterea unndum signum illud, quo Ionatas vii voluit, vt saluus posset impetum

## Annotationes in Euangelium

facere in eos. Ecce, inquit, transi-  
mus ad viros istos: si dixerint ma-  
nente donec transeamus ad eos, ste-  
mus in loco nostro, ne ascendamus  
ad eos: Si autem dixerint, ascen-  
dite ad nos, ascendamus, quia tra-  
didit eos Dominus in manibus no-  
stris. Et hoc erit nobis signum. Ec-  
ce Ionathas noluit aliud conse-  
quendæ victoriæ signum, quam  
si ab illis prouocaretur, quippe  
qui se vltro in belli discrimina  
imittebant Phylithæi nescien-  
tes, an simul cum Ionatha totus  
Saulis ascédisset exercitus. Nec  
alia ratione dixerim maximum  
illum Phylithinorū ducem Go-  
liath dico Phylithæum, vt legi-  
mus in 1. Reg. 17. Ab inerme,  
& humili David fuisse in singu-  
lari certamine occisum, quam  
quia toties exprobauerit Israe-  
lem, prouocans fortissimum il-  
lorum ad singulare certamen.  
Petrus igitur, & Andreas nullū  
in fide Christi prædicanda peri-  
culū formidare potuerunt, qui  
ad id munus à Domino voca-  
bantur: qui enim illos ad písca-  
tionē hominū vocauerat, eos dē-  
debuit ab omnibus, quæ in ani-  
marū píscatione oriri poterant  
periculis liberare: vnde & ipsi  
sine vlla cūstatione, intrepidiq;

vocantē sequuntur Dñm sicut  
ait Euangeliſta, at illi continuo re-  
licitis retibus ſequuti ſunt eum.

*At illi continuo relictis re-  
tibus ſequuti ſunt eū.*

**V**Ocati continuo ſequuntor,  
nec differūt de die in diē  
iuxta cōſiliū ſapientis Proverb.  
27. nesciētes quid illis paritura  
foret ſuperuētura dies. Periculū  
namq; vt ait Chrysostomusho-  
mil. 22. in 2. ad Cor. est, & me-  
ratus in differendo, ſalus autem cer-  
ta, & ſecura, ſi nulla ſit dilatio. Ne  
dicas erit aliquando tempus, quo  
conuerti licebit: verba enim hec  
Deum valde exasperant. Hinc est  
illud cuiusdam & prudenter, &  
lepidè dictum. Qui in peccato,  
inquit, perſeueraſs misericor-  
diam petīt, amicitiam petit euag-  
inato enſe, & ſibi ipſi contrā-  
dicit gradiens duabus vijs, &  
claudicans in duas partes; de  
quibus dicitur apud Oſeam c. 10.  
10. *Divisum est cor eorum, nunc  
interibunt.* Notanda ſunt mag-  
nopere verba prophetica: in-  
nuunt enim Deum ægreferre  
quamcunque moram in pecca-  
tis relinquendis, diuilaque cor  
da hominum partim in peccati  
dele-

delectione, partim in futura ve  
nia impetranda. Quamobrem  
non defuit, qui diceret resisten  
tiam rebellis voluntatis obstina  
torum peccatorū, fuisse in causa  
& motuum principale, ut fie  
ret sudor Christi quasi guttæ  
sanguinis decurrētis in terram.  
Vnde & Deus apud Ezechielē  
c.24. De huiusmodi hominibus  
conqueritur sequentibus ver  
bis. *Multo labore sudatum est, &*  
*non exibit ex ea nimia rubigo eius;*  
*sed neque per ignem immunditia*  
*tua execrabilis, eò quod mundare*  
*te volui, & non es mundata à sor*  
*dibus tuis.*

Audiamus etiam Lauren  
tium Iustinianum eos cōdem  
nantem, qui à Deo vocati, ad  
huc venire detrectant. Peiores,  
inquit, sumus diabolo cum pecca  
mus: diabolus enim nulla præcedē  
tis alicuius peccati vindicta super  
biēs peccauit: nos visa ei⁹ pœna cō  
tēnentes peccamus: ille in innocen  
tia constitutus, nos restituti: ille  
persistit in malitia Deo reprobāte,  
nos Deo reuocante ille: indurat⁹ ad  
punientē, nos ad blandientē: ille co  
tra no requirentē se, nos contra mo  
rientē pro nobis. &c. Memēto il  
lius adolescentis, qui cum vel  
let Christū seqni, sed prius se pe

lire patrē, audioit de ore ipsius  
veritatis Christi. *Sequere me, &*  
*demitte mortuos sepelire mortuos*  
*sūos.* Matth.8. & Lucæ 9. in fine. Mat.8  
Vbi notandum est Dominum  
mortuos appellasse eos, qui vo  
cati non statim secuti sunt. Sic  
enim in hæc verba scribit Abulē  
sis. *Vocauerat eos prædicatione, nec*  
*tamen credere voluerūt, Ideo mor*  
*tuos vocat.* Luca etiam Euange  
lista cap. 9. Narrante dicimus,  
quod cū alias Christo diceret,  
Domine sequar te; sed permitte mi  
hi prius renuntiare his, quæ domi  
sunt; Respondit Iesus. Nemo  
mittens manum suam ad aratrum,  
& respiciens retro, aptus est regno  
Dei. Vbi Basilius sic habet. Basili  
Quod si de eo, qui renuntiare vo  
luerat tale iudicium factum est,  
quid dicendum de alijs, qnt ad pe  
iora respicientes, vocati venire ren  
nuerunt.

Si verō quæras cur nec Chri  
stus illi sepelire patrem per  
miserit, nec huic renuntiare  
his, quæ domi erant, Dico,  
ex quorundam opimione pa  
trem illius non dum fuisse mor  
tuum, sed cum esset in vlti  
ma iam senectute constitutus,  
voluit adolescens ille, eius cu  
ram habere, dum ad hoc viue  
ret,

## Annotationes in Euangelium

ret, & postea eo mortuo ad Christum redire; hanc verò 10. patrem sepeliendi facultatem à Christo non obtinuit, ne forte paterna hereditate irretitus postea non rediret. Deinde quia eundem ad prædicandum regnum Dei mittere volebat, ideoque non permisit illum implicari negotijs sæcularibus, rem familiarem patris administrando. Quod verò attinet ad alium, qui renuntiandi his, quæ domi erant licentiam petierat, eam nō obtinuit propter rationem ibidem aſsignatam; videlicet: *nemo mittens manum ad aratum, & respiciens retro, aptus est regno Dei;* quemadmodum etiam neq; vxor Loth. Cum viro suo, & filiabus meruit liberari, non alia de causa, quam quia respexit retro, quasi quæ ex Sodoma corpore recesserat, corde tamen, & voluntate adhuc ibidem remaneret.

Notandum est etiam hoc loco, id quod Dominus ait demittente manū ad aratū, &c. Metaphoram sumptam esse ab aratoribus, qui manus tuiam tenentes oculos habere oportet ante se intentos insulcum ut retus sit, nec potest bonus arat-

tor esse, qui respicit intergum: sunt enim aliqua officia, quæ rectè fieri possunt, quocunq; oculos auertas: vt loquaris, vt edas, vt ambules, nihil refert quō recipias, at vt scribēdo, rectos versus ducas, vt pingas, vt ares, plurimum refert. Huiusmodi regnum cœlorum est. Nemo potest illuc peruenire, nisi recta tendat via. Si aliò respiciat, iam recta via non incedit. Quod quidem periculum nobis ante oculos proposuit Saluator Luv. cæ. 17. Cum dixit. Mementote uxoris Lotb. Quæ, vt interpretabitur Beatus Ambr. in Commentarijs eiusdem loci, quia respexit retro, perdidit naturæ suæ munus, retro enim Sathanas, retro Sodoma. Quem etiam locum tractans Rupertus lib. 6. in Gen. cap. 12. Sic ait. Postquam Christus dixit, qui est in agro non redeat retro, continuo subiunxit, mementote uxoris Lotb, vt nos tanquam sale condiret, ne negligentes essemus: neq; enim in qualemque statuam, sed in statuam salis versa est, vt exemplum fieret, & condimentum, unde alijs salirentur. Hoc est, cuius meminisse proficeret ad Sapientiā: Petra enim salis languentibus animalibus palatum sapidum reddit

dit; & edendi auiditas reparatur. His igitur admoniti, & hoc sale  
 11. conditi Andreas, & Petrus fra-  
 tres, cum primum à Christo vo-  
 cati sunt, continuo relictis omni-  
 bus secuti sunt eum usq; ad mor-  
 tem, mortem autem crucis, in  
 qua uterque pro fide Christi pe-  
 pendit, & quidem quod atti-  
 net ad Andréam eius hodie dies  
 festus toto Orbe celebratur, a-  
 deò volūtarie Crucis affixus est,  
 vt non incōgrue ei accomoda-  
 ri posse videatur, id quod Efaias  
 cap. 53. De magistro dixerat. vi  
 delicit, obesus est quia ipse vo-  
 luit. Quare beatus Bernardus  
 non satis miratur huius beatissimi  
 Apostoli animi magnitudi-  
 nem in Cruce toleranda, vidēs  
 illum non pueribus, sed giganteis  
 passibus magistrum Christum  
 fuisse secutum, Imò admi-  
 ratur, quod magister ita morte  
 timere visu sit, vt fieret sudor  
 eius sicut guttæ sanguinis de-  
 currentis in terram: discipulus  
 autem eius Andreas eandem  
 mortem crucis ita contempe-  
 rit, vt præparatam sibi crucem  
 amatorijs verbis in hunc mo-  
 dum sit allocutus. O crux, inquit,  
 malum amabilis: & diu desidera-  
 bilis, ac iam concupiscenti animo

præparata; latuſ, & gaudes tenuio  
 ad te. Vbi Bernardus. Homo ne,  
 inquit, hic est, an Angelus? homo,  
 sed melior Angelis. Timet trepidat  
 que Christus passione, & lætatur  
 discipulus. Numquid discipulus su-  
 pra magistrum? Audite modo  
 eundem Bernardū adhæc om-  
 nia respondentem. Christi, infir-  
 mitas nostra fortitudo est: & si-  
 cut Adæ tollitur os, & datur Euæ,  
 & repletur carne pro osse: ita inde  
 robatur Ecceſia, unde infirma-  
 tis est Christus. Illa ergo Christi in-  
 firmitas nostra est; hæc fortitudo  
 Andréæ Christis est. Hæc Ber-  
 nardus.

Videte quam sit verum, id  
 quod dixerat Propheta Oſe- Oſ. 1;  
 as in persona ipsius Christi. Ego  
 ero mors tua O mors. Reuera ipſe  
 morte tua, moriē ipsam supera-  
 uit, ſicq; debilem reddidit, vt iā  
 deinceps non possit in nos mul-  
 tum ſæuire: nam eum admo-  
 dum apis ſi carnem pongit de  
 mortuam, in columnis manet, &  
 acrior, ſi verō viuum mordeat  
 corpus, aculeum emittit, & pe-  
 rit: ſic ab Adamo mors in ge-  
 nus hominum tanquam in mor-  
 ticinium ſequiēs, alperius indies,  
 & acrius ſæviebat poſtea verō  
 quā in domini nostri vividissi-  
 mum

## Annotationes in Euangelium

Cor. 15. **mum corpus armi obtudit, ve-**  
**luti apis euiscerata aculei im-**  
**petum amisit, & imbecilis facta**  
**est.** Vnde Apostolus 1. Cor. 15  
eandem spoliatam irridens, *Vbi*  
*est, inquit, mors Victoria tua?*  
*Vbi stimulus tuus?* eius verò sti-  
muli imbecilitatē Andreas pro  
nihilo pendens, *latus,* inquit,  
*& gaudens venio ad te.* Quasi  
dicens. Per te huc usque dia-  
bolus, & infernus omnes in  
quos sequiebas mortales recipie-  
bat; at verò postquam in Do-  
mini mei Iesu Christi corpus  
dæscuire voluisti, *latus, & gau-*  
*dens venio ad te, ut per te me*  
*recipiat, qui te mei causa euisce-*  
*rauit ne amplius sequires.*

non timent: sic & nos mortem ti-  
memus, quae est larua contemptu  
digna, peccatum vero non time-  
mus, quod est verè timendum. Quid  
igitur tandem est mors? quod est  
vestimentum exuere. Idem ho-  
mil. 69. de morte loquens, som-  
nus, inquit, *cares est.* Et verè qui-  
dem: nam & Christus Domi-  
nus discipulis ait Ioan. 11. *La-*  
*zarus amicus noster dormit.* Som-  
num autem quis unquam time-  
re visus est. Vnde, & amicus  
quidam Dei ita cecinīt. *Conuer-*  
*tere anima mea in requiem tuam,*  
*quia Dominus bene fecit tibi.* Psal.  
114. *Vbi mortem appellat re-*  
*quiem.* Hinc est, quod cum qui-  
dam Monachus iam iam mori-  
turus iaceret, circunstantes que-  
lectum fratres ex charitate fle-  
rent, risit ille, quod cum secun-  
do ficeret & tertio, rogantibus  
fratribus cur hoc ficeret respo-  
dit. Primo risi quia vos mortem  
timetis. Secundo: quia non estis  
parati. Tertio: quia vado ad re-  
quiem. Sancte quidē ille, & pie,  
quemadmodum & quidam di-  
xit.

Non obitus flendus, sequitur quem vita  
pereunis:

Vivus enim semper, qui bene vixit, erit  
Ut quid igitur beatissimus Apo-  
stolus mortem timeret, qui ea  
pro

Chry. Beatus Ioannes Chrysosto-  
homil. 5. Ad populū, nihil aliud  
mortem esse affirmat post Chri-  
sti mortem, quam laruam con-  
temptu dignissimam; puerorumque esse, & infantium eam  
timere. Ne pueri, inquit, efficia  
mini sensibus, sed malia infantes si-  
tis: etenim puerili timemus pauci-  
re mortem timentes: pueri laruas  
quidem timent, ignem non timent,  
sed si ad lucernam portari contin-  
gat, manum emitunt, & con-  
temnendam quidem personam hor-  
rescunt, at verò timendum ignem

pro somno, præteritorumque laborum requie reputabat? cuius aculeum in carne iam Christi obtulsum sciebat? cui seipsum toto vitæ suæ cursu præpararat? quam denique certo sciebat nō æternam poenam, sed beatam, perennemq; gloriam secuturā? dicat ergo beatus Apostolus ore pleno, latus, & gaudens venio ad te; ut per crucem recipiar, qui per crucem ab æterna morte solum timenda, redemptus sum. Quam verò sit timenda, fratres, eterna mors iam attentissime audiamus. Cum quidam religiosus vir, morti esset proximus, iam iam extremū vietæ halitum emissurus, hanc votem fertur protulisse. Heu mihi maledicta hora, in qua religionem ingressus sum. Stupētibus cunctis, ipse paulo post hilari vultu ridens ait. Nō maledicta, sed benedicta sit. Benedicta sit quoque sanctissima Christi mater, quam semper colui, semperque dilexi. Post duas verò horas in se reuersus orantibus pro se fratribus ait. Scitote fratres, dæmones mihi apparuisse ad animam portandam, quos cum vidilem, alienatus à mente dixi, quæ audistis, sed statim affuit

mihi mater Dñi mei Iesu Christi Maria, quæ eos abegit, ego vero spē maximā concipiēs nisi vocē illam emittēs, qua ingressum religionis benedixi. His dictis sancti Monachus è vita migravit.

Non potuit B. Andreas, vel morte timere, vel dæmones formidare, quippe qui, & illā occiderat, & his, quoad vixit, formidini fuit. Ut autē fiat notū quomodo Andreas morte occidrit, notandum est ex B. Ambrosio Aml. serm. 10. in Psa. 118. Quod si Bafilic⁹ videt te antequā illū videas, occidet te: si autē videoas eū priusquam te videat, occides illū. Eōdē prorsus modo, inquit, si morte videoas in hac vita illā contēplādo antequā veniat, facile de ipsa victoriā reportabis: si verò ipsa te videat antequā illam consideres, eius aculeo sautiatus miserrimè peribis. Cū ergo B. Apostolus, & morte & catena hominis nouissima iuxta consiliū sapientis, dū vixit fuerit fępe numero contemplatus; dæmoni eius nō a se, cui nunquam ille præualuerat, sed ab alijs solo verbo in Christi virtute sc̄epissime eicerit, nec morte potuit à se occisa timere, nec dæmones à se toutes eiectos formidare. Quare

eiudem

## Auritiones in Euangelium

eisdē simul & morte contēpta  
dicit, *lætus, & gaudēs venio ad te.*  
Mirari iam desinat Bernardus  
tanti viri animū in Christi cru-  
ce portanda , nec iam aliquid  
excogitare videatur in discipu-  
lo supra magistrum : audiat, &  
ipse aliquid ex discipulo suo  
Guerrico, tum in laudem Chri-  
sti , tum ad vtilitatem Andreæ,  
aliorumque quibus dātum est  
gaudentes , & lætantes Domi-  
nicam crucem portare : miraba-  
ris Apostoli lætitiam , & gaudiū  
in crucis morte subeunda? mi-  
rari iam desine. Lætitia, & gau-  
dium hoc Dominicę crucis fru-  
ctus est. *Ascendam, inquit, ad pal-*  
*mam, & apprehendam fructus eius.*  
In quem locum sic Guerricus.  
*Paucis absoluit, quod & ipse exal-*  
*tatus, & non sine fructu nostro*  
*passus sis. Si verò queris quis nā*  
*fuerit fructus, quem Dominus*  
*palmam ascendens apprehen-*  
*dit. Duplicem, respondebit.*  
*Redemptionem gentis, & glo-*  
*riam crucis. In apprehensione, in-*  
*quit, fructuum redemptoris mon-*  
*stratur uilitas. Dicant ergo om-*  
*nnes voce magistri sui; mihi absit*  
*gloriari, nisi in Cruce Domini no-*

stri Iesu Christi. Hæc Guerricus.  
sermon. 2. In die Palmarum,  
Verum , vt de nostro aliquid  
Deo donante dicamus , sic ha-  
beto. Dominus Iesus solus pal-  
mam crucis ascendit, manibus,  
vt ita dicam, & pedibus reptās,  
ideo nimirum in eisdem crude-  
lissime vulneratus est; quod so-  
lus palmam ascenderit collige  
ex ipsis verbis ad Patrē. Deus  
meus, inquit, dereliquisti me? An-  
dreas verò non solus , sed ve-  
lut alterum Ionatham armiger  
eius, antecedebat eum Christus  
Iesus cum eodem pugnatus,  
& Crucis palmam ascensurus.  
Maius dicam. Andreas scala  
quadam, insuper , & manudu-  
ctus Crucem ascendit. Hoc est  
meritis ipsius Christi veluti sca-  
la firmissima nixus, exemploq;  
magistri veluti manuductus, &  
Crucem ascendit, & mortem  
contemplit. Ideo lætus, & gau-  
dens, & palmam ascendit, & ce-  
lum concedit, in quo supra  
modum gaudens etiam, &  
lætus cum Christo  
regnat in iter-  
num. (?)

Guer.

Pro

Pro die festo Conceptionis B. Mariæ Virg.

A N N O T A T I O N E S  
I N E V A N G E L I V M  
Matth. cap. i.

*Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani.*

Cce adeſt felix ille dies, in quo ferculū fecit sibi diuinus ille Rex Salomon Christus Iesus, de lignis Libani, hoc est Abraham, Isac, Iacob, Dauid, multisque alijs viris regia dignitate præcellentiibus, de quorū progenie regali, exorta refulget Beata Virgo Maria, de qua vnigenitus Dei filius humanitatis ferculum sibi fecit, quod luce, Solis radium, puritate, aurum ipsum superaret; idq; propter filias Hierusalem, quemadmodū diuina testatur Scriptura Cant. cap. 3. Cum de Rege Salomone sic ait. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas: reclinatoriū aureū: ascē sum purpureū: media charitate conſtruit propter filias Hierusalem.*

Quo loco notandum est pri-  
mò, per ferculū intelligi à qui-  
busdam thronum, ab alijs gesta  
toriam cellam; per charitatem  
verò ipsem et Salomon intelli-  
gendus est, in media ferculi  
parte residens; qui figuratè, &  
amatorio more appellatur cha-  
ritas, quod in eo ferculo maxi-  
mè pulcher, & amabilis Hiero-  
solymitanis fœminis videretur.  
Vnde subditur, propter filias  
Hierusalēm; quæ expositio cō-  
firmatur ex alia ciudem loci  
translatione, quam plerique af-  
ferunt: pro eo enim, quod nos  
habemus, media charitate cōstra-  
uit, transferunt, mediū tenet ipse  
accensus. Sic igitur Christi hu-  
manitas ferculum fuit diuinita-  
tis pulcherrimum, in quo Dei  
filius ita accensus amore fere-  
batur, ut amatoriè, & figuratè,  
ipse-

## Annotationes in Euangelium

ipsemēt amor , & charitas dici potuerit, propter filias Hierusalē, id est, fidelium animas ; tū quia ipsæ in Christi amorem incendebantur, tum quia Christus, in eo Ferculo sese supra modum amabilem exhibebat, filia rūq; Hierusalem amore ambiebat, eamq; ob causam hoc Ferculū ascendit, hoc est humanitatem incredibili decore conspicuum, sibi copulauit : mediū enim tenet ipse accensus , seu media charitate constrauit , ea videlicet, qua pro nobis passus est. Secundo notandum est, ex Beda Cōment. in Cantic. in reclinatorio aureo, adū bratam fuisse spē perpetuae quietis, quā Christus fidelibus repromisit Matt.

Matt. 11. Tollite iugum meū super vos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Quod reclinatorium, aureum fecit, quia requiem nobis diuinæ visionem gloriæ coruscantem præparauit. Ratio verò cur spes Sanctorum reclinatorio aureo cōparetur ea est, quoniam Sancti omnes cū laboribus, & persecutionibus fatigantur, in hac vna spe tanquam in aureo reclinatorio conquiescunt . Est

Beda. igitur Virgo Deifera veri Salomonis Christi Ferculum, quippe quæ, & vtero, & brachijs, & corde, toto animo, totoque corpore Christum tulit . Rex Salomon Christus, hoc sibi ferulum fecit, quo gestaretur; Ex lignis, id est Patriarchis illis, quos Genealogia demonstrat; Montis Libani, hoc est, Iudai ci populi, fabricatum est. Columnas habet argenteas, id est, candissimas summi prætij virtutes, omniq; linguarum sono celebradas ( argentum enim sonorum est) quibus animus Virginis, veluti colūnis sulciebatur, humilitatem, scilicet Virginitatē, fidem, reliquasq; huiusmodi. Reclinatorium habet aureum, quo aureus Virginis vterus adumbratur, in quo se Summus Rex Christus nouem mensum spatio reclinavit. O vere aureum vterum, qui aurum nobis, quo redimeremur pretij infiniti, præbuit, Ascensus reclinatorij purpureus est; Regnum adumbrat purpura; habet ergo ascensum purpureum, quia Deipra Virgo piusquam puræ omnes Creaturæ ascendit, nempe ad dignitatem reginæ Cœlestis: illa enim sola Regina Cœli appellatur, &

& reuera est. Media Ferculi, id est, mediū Virginis cor, Deus charitate constraintus: eximiam enim charitatem virgo habuit, quæ etiam ardentissimos Seraphinos amore superauit. Voluit autem Dominus hoc Ferculo gestari propter filias Hierusalem, id est animas fidelium, ut amore suo illas incenderet, ut redimeret, ut à Dæmonis servitute liberaret.

Ex hac verò tam admirabili Ferculi, quod Deus sibi fecit, fabricatione, hoc est, Virginis Matri generatione colligere iā*lacet*, eam in Conceptione, omnis originalis peccati labe caruisse; primò, quia id Dei matrē maximè decebat, iuxta illud beat. Augustini lib. 3. De libero arbitrio cap. 5. *Quidquid tibi, inquit, vera ratioze melius occurrit, id scias fecisse Deum, bonorum omnium Conditorem;* vera autē ratione melius occurrit, Virginem nullius peccati labe suis le inquinatam: Id igitur Creditur est Deum fecisse. Secundò, quia decebat aliquam esse puram creaturā, quæ per Christi merita, omnibus numeris absolutissimam innocentiam cōsequeretur, & ab omni, etiam

Originalis peccati labe esset immunis; dandum ergo est hoc Deiparæ Virgini. Id etiam ordinis decor videtur postulare; Nam Christus ab originali peccato, & in causa & in effectu liber est; reliqui homines, & in causa, & in effectu sunt illi obnoxij; Virgo autem in causa habuit, in effectu caruit. Habuit in causa, quia ex Adamo solito generandi modo originem traxit; caruit verò, quia diuina gratia eo instanti, quo peccatum fuerat contrahendum, est exornata. Tertio, quia Deus voluit Corpus Virginis in genu miraculo & in partu intemeratum, & in morte incorruptū permanere; qui ergo tantam gessit corporis curam, mentis etiam curam ita gessisse pareat credere, ut peccati maius dedecus ab ea pelleret, iuxta id, quod ait Bonaventura Bon. in 3. sententiarū. d. 3. q. 1. Congruum fuit, ut mater filij Dei sic esset immaculata mente, sicut intemerata carne. Hinc est, quod Dionysius Cat. thusia. li. 1. de dignitate virginis id, inquit, constat, quod tantū dedit Christus matri, quantum, tenuum, ac talem filium dare decuit genitrici suæ. Quod donū cum dare debeat

# Annotationes in Euangelium

ceat, nō est cur illud nō dedis-  
se dicamus. Accedit authoritas  
Psalmi. 45. Fluminis impetus læti-  
ficat ciuitatem Dei, illam videli-  
cet de qua etiam dicitur, glorio-  
sa dicta sūt de te ciuitas Dei. quid  
autē gloriosius Dei filio eiusq;  
Matri, quam quod fluminis gra-  
tiæ impetum ferre non potuit  
originale peccatum? ipsum er-  
go peccatū originale tantæ gra-  
tiæ impetus mirabiliter fugauit;

Vnde sequitur in eodē Psalmo,  
4. Sanctificauit tabernaculum suum  
altissimus: posuit prodigia super  
terram: arcum enim dœmonis  
contriuit, & confregit eius ar-  
ma, & scuta combusit igne, ne  
Virgini nocere vñquā posset.

Isaiæ etiam 37. Scriptum le-  
gitimus, & forte in figuram tan-  
ti mysterij, hæc dicit Dominus  
de Rege Assyriorum; non intrabit  
ciuitatem hanc, non iaciet in eam  
sagittam. &c. Neq; enim is, qui  
Rex est super filios superbiæ, ut  
dicitur Iob. 41. In hanc Dei ciui-  
tatem intravit: neq; in eam illius  
peccati misit sagittam. Vide ad-  
huc quid dixerit Iudith cap. 13.

Iudit. 13. Non permisit me Dominus ancillā  
suā coquinari, sed sine pollutione  
peccati reuocauit me Dñs, gauden-  
tē in victoria sua, in euasionem ea.

Exo.  
15.

Virginis typus fuit Iudith. Non  
permisit Dominus ancillam, ma-  
tremque suam peccato ullo in-  
quinari, sed sine peccati origi-  
nalis macula concipivoloit gau-  
dentem de euasione sua, & de  
Dei filij sui victoria lætantem:  
etenim euasio à peccato, Virgi-  
nis fuit, at verò victoria, Christi  
Virginis filij, cuius præuisis me-  
ritis, peccatum victimum abcessit;  
quemadmodum per mare ru-  
brum olim euasio Israelitarum  
fuit, sed victoria Dei fuit, qui  
Pharaonis exercitum maris ru-  
bri fluctibus demersit: Sic ergo  
per mare passionis sanguineum  
liberatio Virginis fuit, sed triū-  
phus Dei, qui peccatū originale,  
sanguinis Christi vndis obruit,  
antequam Virginē attingeret.  
In sequebatur Pharao Israelitas  
& sine dubio nisi maris flucti-  
bus à Deo mirabiliter fuisset op-  
pressus, comprehendisset: si-  
milem in modum in sequebatur  
Beatam Virginē originale pec-  
catum, & nisi sanguinis Christi  
præcogniti vndis fuisset admi-  
rando auxilio præoccupatum,  
illam contaminasset; quare Bea-  
ta Virgo cum antiqua illa Ma-  
ria sorore Moisi canere potest,  
gloriose magnificatus est Domi-  
nus:

nus, & factus est mihi in salutem. Exod. 15.

Exo.  
15.

Neq; tamen opponere quisquam potest, ex ijsquæ dicta sūt sequi Dei filium, qui propter filias Hierusalē humanitatis feculū ascendit, eas videlicet redemptrurus, non propter Virginem Matrem aduenisse, cum eam dixerimus, neque origina-le peccatum, à quo redimere-tur contraxisse, neque actuale, à quo per filij mortem esset li-beranda: fuit enim Christus tū omnium hominum, tum vel maximè Virginis matris Re-demptor; & Virginis quidem modo quodam multò præstan-tior; præstantius quidem est à peccato aliquem liberare ante-quam in eum incurrat, quam eundem liberare postquam se illo contaminauit; quemadmo-dum præstantius est hominem antequam in lutulentas sordes incidat retinere, quam illum postquam incidit, extrahere; nā si post casum erecta est Virgo, quid maius illi contullit Deus, quam Ioanni Baptistæ, vel Hieremiæ? credendum er-go est probabiliter, virginem non cecidisse. Vnde Bonauen-tura, 3. dist. 3. q. 2. Ex aliorum

sententia sic ait. Alij post casum erecti sunt, virgo quasi in ipso casu sustentata est ne caderet. Sic Esther. c. 15. legimus quod Rex Assuerus festinus exilijs de solio, & sustentauit Esther vlnis suis forte in figura, quod Deus cum videret Virginem in origi-nale casuram sustentavit eam gratia festinus accurrens. Itaque Deus Batissimam Virgi-nem Mariam sic in primo con-ceptionis punto armauit, vt peccati originalis telum Sæctissimam ipsius animam tangere nequierit. Armauit (inquam) illam gratia, quam in illo primo instanti copiose cum omnibus virtutibus coniunctam largitus est. Gratia autem, aduersus pec-catū originale, nulla potentiora arma esse potuerunt; nam vbi gratia adest, originale peccatū locum habere nequit. vnde in Psalm. 44. Merito de Beata Vir-gine dictum accipimus, astitit Regina à dextris tuis in vestitu de aurato, circundata varietate; Sta-tim enim in primo concep-tionis instati Regina nostra à dex-tris astitit Dei, ita vt ne punctū quidem temporis astiterit à si-nistris. Tunc vestitu inuenta est gratiæ de aurato; tunc cir-Ff cundata

Esther  
15.

Ps. 44

## Annotationes in Euangelium

Hier.

cundata est omnium virtutum varietate: D. Hieronymus in eodem Psalmo, sic verit p̄ædicta verba; *fascijs aureis vestita est, in scutulis ducetur ad Regē.* scutulatæ autem veste dicuntur, quia orbibus, & scutulis distinxerantur. Fascijs charitatis aureis in ipso Matris utero vestita est Virgo Maria, & scutulatis gratiæ vestibus amista. Scutulatæ autem veste gratiæ merito appellantur, quia mille scuta peccato opponit gratia. Tot verò scuta, originalis culpæ spicula penetrare non poterunt.

Cat. 4 Vnde Cant. 4. dicitur de B. Virginem, *mille clypei pendente ex ea, omnis armatura fortium.*

Ex his verò iam vides Virginem Matrem ex ijs, quos Matthæus Euangelista enumerat progenitoribus natam, rosam fuisse inter spinas sine aliqua lesione procreatam; vnde de ea, merito intelligimus encomiū illud Cant. cap. 2. *Sicut Lilium inter spinas, sic amica mea inter filias;* fuerunt enim eius progenitores peccatorū spiculis vulnerati, cum interim Beatissima Virgo scuto divinæ gratiæ protecta, illæsa omnino, tum in Concepcione, tum in Nativitate.

Cat. 2 inter spinas, sic amica mea inter filias; fuerunt enim eius progenitores peccatorū spiculis vulnerati, cum interim Beatissima Virgo scuto divinæ gratiæ protecta, illæsa omnino, tum in Concepcione, tum in Nativitate.

te permanèret. In reliquis omnibus spinæ fuerunt peccatorū, in hac verò, amica simul, & Mater, ut in Lilio spina nulla, odore plena sunt omnia. Super quibus verbis Canticorum cap. 2. Notandum est, quod attinget ad allegoriam, Dei Patris, Virginisque Matris filii Iesum Christum Dominum nostrum, quo ad vixit, maximèq; in cruce pendente, omnium nostrū peccatis veluti accutissimis quibusdā iaculis fuisse transfixum, iuxta id, quod euangelicus Propheta prædixerat dicens; *Vere langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelerā nostrā: disciplinā pacis nostrae super eum.* Et. Quem locum duplē habere sensum literalem, constat tum ex Matthæo Euangelista cap. 8. Tum ex prima Petri Epistola cap. 2. Primus sensus est de corporum morbis, & agitudinibus, quas Christus erat curaturus iuxta id, quod ait Matthæus ubi supra; *Obtulerūt ei multos dæmonia habentes, & ei jeciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit, & impletur, quod dictum est per Iosaiam Pro-*

Prophetam dicentem, ipse infirmates nostras accepit, & agrationes portauit. Secundus sensus literalis est, ut intelligatur Isaiae locus de hominum peccatis, quæ Dominus Iesus super se vindicanda suscepit, ut pro eisdem satisfaceret: quem sensum tradit Divus Petrus in prima Epistola capite secundo. Cū sic habet. Tradebat iudicanti se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum ut peccatis mortui, iusticie vivamus, cuius liuore sanati sumus.

Notandum est autem in predictis Isaiae verbis pro eo, quod nos habemus, posuit Deus in eo iniquitatem omnium nostrum, sic à non nullis transferri ex Hebræo, Deus incurrevit in eum iniquitatem omnium nostrum; ut sit sensus peccata nostra instar numerosi exercitus in Christum irruisse, & impressione facta occidisse. Itaq; vnius cuiusque poena Christus in Cruce transfixus est veluti spiculo acutissimo, & lethali; in cuius figuram aries ille, quæ Deus olim ostendit Abraham super montem immoladus pro filio suo Isaac, vepribus hæsisce describitur: sic enim habes

Geneseos 22. Leu. suit autem abraham oculos suos, vidisque post tergum arietem inter repres hæreniem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio; appellavitque nomen loci illius Dominus videt: Vnde usque hodie dicitur in monte Dominus videbit. Fuisseverò huiusmodi arietem Christi Crucis affixi expressam figuram existimat Procopius in Commentarijs super Isaiam; & Beatus Ambrosius libro de Amb Abraham Patriarcha capite octauo. Vbi in primis ita legit. Ecce aries unus suspensus cornibus in Virgilio Sabec: Deinde addit. Quis significatur nisi ille, de quo scriptum est in Psalmo 184 Exaltauit cornu populi sui: cornu nostrum Christus est elevatus, est exaltatus à terris: Hunc videt Abraham in isto sacrificio: huius passionem aspexit, & ideo ipse Dominus ait, de eo, vidit, & gauisus est: Vnde ait Scriptura vocavit Abraham nomen loci illius, Dominus videt, ut dicant hodie in monte Dominus videbit, hoc est, quod apparuerit Abraham reuelans futuram sui passionem corporis, quæ mundum redemit: demonstrans etiam genus passionis, cum suspensum ostendit cornibus arietem: Vir

## *Annotationes in Euangelium*

gulrum illud paribulum Crucis est. culis, & spinis, quam omnes  
Hec Ambrosius. eodem fere aries ille vepribus hærens mi-  
modo locum exposuit, & intel- rabiliter figurabat. Vnica tan-  
lexit. D. Athanaf. lib. Quæstio- tum fuit anima, quæ ipum tunc  
num ad Antiochum, quæstione temporis recreabat, Beatissima  
98. quem vide. ex quibus om- videlicet Virgo Maria per om-  
nibus iam vides Dominum no- nia immaculata, ita ut eiusdem  
strum in ariete hærente vepri- filius Christus Dominus noster  
bus, figuratum, in cruceq; vul- Crucis affixus de eadem Virgi-  
neratum fuisse propter iniqui- ne Matre gloriabundus dicat,  
tates nostras nullumque fuisse Sicut Lilium inter spinas:  
nostrum, qui eum non transfi- sic amica mea in-  
xerit peccatorum suorum spi- ter filios.

8.

---

Pro die festo Beatae Lucia Virginis, & martyris. Vi-  
de Annotationes in Euangelium pro die festo Beatis  
Annae Dei genitricis Mariae Marris.

Pro

*Pro die festo Expectationis B. Mariae Virg.*

ANNOTATIONES  
IN ILLUD EVANGELIVM  
Secundum Lucam. cap. 2.

*Ecce concipies, & paries filium. &c.*



**V**irginei partus Ex-  
pectatio, hodierna  
celebratur festivita-  
te; Nativitas videli-  
cet admirabilis illi-  
us viri, de quo Hieremias præ-  
dixerat cap. 31. *Creauit nouū Do-*  
*minus super tetram. Mulier circun-*  
*abit virum. Vbi primo noran-*  
*dū est, ex hoc vaticinio, beatissi-*  
*mæ Virginis Mariæ, incōceptu*  
*Christi, illibatam virginitatem*  
*mirabiliter ostendi, cum dici-*  
*tur, nouum creauit Dominus super*  
*terram: fœmina circundabit virū,*  
*videlicet in vtero: Nam si ea fœ-*  
*mina ordinario concipiēdi mo-*  
*do filium erat conceptura, ni-*  
*hil sane miraculi, nihilque noui-*  
*esset, quod Dominus diceret se*  
*Creatorum. quare cum Domi-*  
*nus pollicetur se nouū quod-*  
*dam admirandumq; prodigiū*

effecturum, luce clarius appa-  
ret huiusmodi fœminā de qua  
sermo erat, conseruata omnino  
integritate, fuisse conceptoram:  
Id enim emphatico circum dan-  
di verbo Propheta explicavit;  
verèq; Virgo Beatissima filium  
vtero omni ex parte perfectè  
circundedit, ipsa vndiq; clausa,  
& integra, quæ non à viro filiū  
accepit, sed intus Spiritus San-  
cti virtute acceptum, vtiq; vte-  
ro est virgineo circumplexa.  
Eius verō filius Dominus Iesus  
sic in virginali vtero exceptus,  
quoniam in primo suæ Cōcep-  
tionis instanti diuinam vidi es-  
tentiam, rationisq; usum habuit  
& cumulatissimam rerum cim-  
niūm scientiam, vir, non atate,  
sed cognitione, maturitate, &  
prudentia appellatus est. Quæ  
expositio est Beati Hieronymi

Hier.

# Annotationes in Euangeliū.

in Comment. Super Hieremīā.

Bern.

Hanc ipsam expositionē per sequitur D. Bernardus, serm. 30.

In Purificatione. Et secūda homil. super missus est, nouum, inquit, Creauit Dñs super terram. fœmina circundabit virū. quæ est hæc fœmina? quis verò iste vir? aut si vir, quomodo à fœmina circundatus? aut si à fœmina circundari potest, quando vir? Et ut apertius dicam, quomodo potest simul, Et vir esse, Et in utero matris? hoc est enim virum à fœmina circumdari. Sed vero me ad conceptum, partumq; Virginalem, si forte inter plarima noua, ac mira, quæ ibi profecto inspicit, qui diligenter inquirit, etiam hanc reperiam nouitatem. Vir erat Iesus nec dū etiam natus; sed sapientia, non ætate; animi vigore, non viribus corporis; maturitate sensu, non corpulentia membrorum. Et c. Igitur circundandi verbū hoc loco emphaticū est, Virginitatēq; B. Mariæ in concepitu apprimē explicat, quæ videlicet factū non à viro accepterit, ut dictū est, sed intra se celi-  
tus datū clauerit in modū cir-  
culi undequaq; integri, atq; per-  
fecti, nulla vel minima scissione  
violati. Quo etiā pertinet illud  
pulcherrimū vallū liliorū, qui-

bus venter Virginis vndiq; valla-  
tus dicitur Cāt. c. 7. illis verbis:  
Venter tuus vallatus libīs sicut  
aceruus tritici. Verè enim Vir-  
ginis venter propter fecundita-  
tē aceruus tritici, propriet virgi-  
nitatē verò vallat⁹ dicitur lilijs,  
quod liliorū vallū, atq; ceptum  
nulla carnis diruit illecebra. quo  
mysterio, & sensu Cant. cap. 4.  
Sponsus Virginē appellavit hor-  
tū conclusum, fontēq; signatū.  
hortus, inquit, conclusus, fons signa-  
tus soror mea sponsa, hortus conclu-  
sus, fons signatus. Vbi aduerte bis  
appellari virginē hortū conclu-  
sum, ut indicetur & incōcepit,  
& in partu omnino clausam, in-  
tegrāq; fuisse. Sic utrumq; locū  
intellexit D. Ambrosius lib. de  
Institutione Virginis cap. 7.

Secundo in prædicta Hieremīæ Prophetia, nouū creauit Dñs super terram, notanda sunt præ-  
cedentia verba, videlicet, Usque  
quo delicijs dissolueris filia Iaga?  
quia creauit Dñs. Et c. Quorum  
præcedentium verborū talis fe-  
re sensus elicetur ad morū cōpo-  
sitionē, quasi diceret Prophetæ;  
consentaneū plane est, ut uni-  
uersi mortales delicijs omnibus  
abdicatis, depositisq; superiorū  
temporū sceleribus, nouam vi-

in rationem suscipiant, castitatem  
colant, laxamq; ac dissolutam  
morum disciplinam euangelicę  
doctrinę perfectione deuincian-  
t: quo tempore Deus tantam  
est nonitatē effecturus, ut filiū  
suum hominem factū, veteri an-  
gustijs virgo concludat. Itaq; ar-  
gumentatur Propheta ex Incar-  
natione Verbi, purissimaq; eius  
in Virgine conceptione, ad co-  
lendam vitę puritatē, morūq;  
licentiam seueriori disciplina cō-  
primēdam. Quo eodē argumē-  
to usus est Apostolus. 1. Cor. 16,  
ut nos in Dei amorē vehemen-  
tius incitaret. Siquis, inquit, non  
amat Dñm nostrū Iesum Christū,  
anathema Maranatha. Quo loco  
anathema significat ab hominū  
vñ, & consuetudine segregatū,  
& excōmnunicatū. Itaq; Paulus  
quodāmodo excōmunicat om-  
nes eos, qui Christū non amāt,  
cuius anathematis rationē red-  
dit cum ait, Maranatha, id est,  
Dñs iam venit; quasi diceret  
iuxta expositionē Caietani, quia  
Dñs noster iam venit, propte-  
rea amandus est, & anathema  
est, qui eum nō amauerit, vide  
licet, qui tanto Dei amorī non  
responderit. Debet igitur Chri-  
sti fidelis hac vna de Dñi in car-

ne aduētu assidua cogitatione,  
ad omnē sanctitatem, eiusdēq;  
Christi amorē, vehementer ex-  
citari, iuxta id, quod ait D. Chry-  
ostom. in Comment. eius loci.  
*Cogita, inquit, vel hoc vñ, Chrysostomus idoneum ad omnem virtutē ingressum, & demoliri peccatum omne, facillimū erit. Quo eodem argumento Paulus ad Rom. 13.*  
Eo idē ad Christiamorem, om-  
nēq; virtutem sectādam cohorte-  
tur dicens. *Et hoc scientes tem-  
pus, quia hora est nos iam de som-  
no surgere: nunc enim propior est  
nostra salus, quam cū credidimus.*  
Quæ verba D. Thom. referēda  
existimat ad salutem, quā Chri-  
stus suo primo aduentu effecit,  
Apostolamq; loqui ex perso-  
na omnium fidelium, qui ab initio  
mundi extiterunt; qui quo ma-  
gis incarnationis tēpus appro-  
pinquabat, ardenter studio ad  
omne genus probitatis, virtu-  
tumque perfectionem aspira-  
bāt, seseque ipsi inuicem ad san-  
ctitatem toto pectore amplectē-  
dam ijs verbis adhortabantur,  
ac si dicerent: Par est iam nos  
de præteritæ socordiæ, negli-  
gentiæque somno excitari, atq;  
in virtutē omni studio, conatu-  
que incubere, siquidē proprior

## Annotationes in Euangelium

est iam nostri seruatoris aduentus, quā nū cum eum à principio mundi venturū credidimus. Scio alios eadē Pauli verba de secundo Christi aduentu explicare, sed D. Thomæ expositio cum Ecclesiæ cōsuetudine cohæret, quæ eum locū Pauli ante

3. primi aduentus repræsentationem nobis proponit legendū, quemadmodum idem D. Thomas annotauit.

Neque verò Apostolus tantum ex Christi aduentu ad mortuorum compositionem argumen  
Ez. 56 tatur, sed etiam Esaias cap. 56. in persona Domini sic ait. *Hæc dicit Dominus. Custodite iudicium, & facite iustitiam, quia iuxta est salus mea & veniat, & iustitia mea ut reueletur.* Quem locū de aduentu Messiæ accipiendum docuerunt septuaginta cū pro salute, salutare, transtulerunt, quo nomine sæpe Christus in diuinis literis censetur.

Hanc eandem Conceptio  
nē Virgine & nouitate m̄ pr̄di  
xerat Isaias Propheta cap. 7. di  
2. cens. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Ecce. Quæ verba pro  
phetica Mariæ Virginis, de qua Isaias locutus fuerat, in memoriā reuocandi proponuntur

à Gabriele Archāgelo, qui missus à Deo in ciuitatem Galileæ ad eandem Virginem ait, *Ecce concipies, & paries filium.* Ecce. Ut quæ experimento comperisset se Virginem concepisse, eadem quoque firmiter speraret, se iuxta eandem Isaiae Prophetiam, Virginem paritaram.

Possunt autem huius diuinæ dispositionis, videlicet quod Virgo Deigenitrix, & Virgo conciperet, & Virgo eadē pareret affiri rationes. Prima, quia non decebat Dei verbum priuare Matrem integratam, quam facile seruare poterat, perficere, & consecrare, cum esset Deus. Vnde Ignatius Epist. 13 ad Hermonem, decebat, inquit, Creatorē non consueto, sed peregrino, & admirando vii partu, ut pote omnium opificem. Et August. serm. 3. de Natiuitate ait hoc modo fuisse natum Christum Dominum, ut eum hominem testaretur parvus manus, & Deum probaret æternam Virginitas Matris, Leo etiā Pap. 1. de Natiuitate sic ait. *Nova Natiuitate genitus, est natus ex Virgine, sine maternæ integratissimæ iniuria, quia futurum hominem Saluatorem talis ortus decebat, qui & in se haberet humanae substâtie*

## Pro die festo Expectationis. B. Mariae Virg. 229

naturam, & humanæ carnis inquis  
namēta nesciret. Et Paulo Apost.  
oportuit, ut primam genitricis inte-  
gritatem nascens incorruptio custo-  
diret, & complacitum sibi claustrū  
pudoris, & sanctitatis hospitium  
diuini Spiritus virtus infusa serua-  
ret, quæ statuerat deiecta erigere,  
confracta soli dare, & superandis  
carnis illecebris multiplicatam pu-  
dicitiam, ut virginitas, quæ in alijs  
salva non poterat esse generādo, fie-  
ret in alijs imitabilis cofitendo re-  
nascendo. Quibus ultimis verbis  
aliam coniecturam indicat, quā  
attigit etiam Gregor. Nazianze-  
nus oratione 38. de Natiuitate  
dicens. *Christus ex Virgine; mulie-  
ris virginitatem colite, ut Matres  
Christi esse possitis.* &c. Qno sen-  
su dictum accipimus à Christo  
Domino apud Matth. 11. *Quæ  
est mater mea, & qui sunt fratres  
mei? Et extensis manum in dis-  
cipulos suos dixit. Ecce mater mea,  
& fratres mei: quicunque enim fe-  
cerit voluntatem Patris mei, qui  
in cœlis est, ipse meus frater, & so-  
ror, & mater mea est.* Vbi Ambro-  
sius, neque, inquit, iniurio re-  
futantur parentes; sed religiosiores  
copula mentium docentur esse, quā  
corporum. In eandem sententiā  
Hylarius scribit. Formam inquit,

seipsum in iuersis agendi, sentien-  
diq; constituens, propinquatum  
omnium ius, atque nomen, iam nō  
de conditione nascendi, sed de Ec-  
clesia communione retinendum.  
Vbi iam vides docuisse Domi-  
num in prædictis verbis, posse  
vnumquaque nostrum & fra-  
trem, & matrem esse ipsius; quā  
quidem cum Christo coniun-  
ctionem spiritualē, ipse met car-  
nalibus parentibus præferendā  
esse insinuat Luke cap. 11. Cum Lu-  
ke enim mulier quædam extollēs  
vocem de turba diceret, *Beatus  
center qui te portauit, ipse respō-  
dens ait, quinimo, beati, qui au-  
diunt verbum Dei, & custodiunt  
illud, non negans beatum ven-  
trem, sed mentem beatiorē af-  
firmans, quę audit verbum Dei,  
& custodit illud; nec alios ma-  
tri, sed matrem matri præferēs;*  
matrem audientem, & custo-  
dientem verbum Dei, matri in  
vtero gestanti, atq; lactanti. Ve-  
rum iam ad Angelum nuncian-  
tem, imo ad Virginem modum  
Conceptionis interrogantē re-  
uertamur.

*Quomodo fiet istud, quo-  
niā virū non cognos-  
co.*

Or-

# Annotationes in Euangelium

**O**rdinē obsequij, cui sub-  
datur inquiri, nō autē ef-  
flagitat signū cui credat: neque  
enīm, vt ait Beda, decebat electā  
generando Deo Virginē dubiā dif-  
fidentia, sed prudentia cautā existe-  
re, quia nec facile poterat homo my-  
sterium, quod in Deo manebat à sē  
culis absconditum nosse. Ita sanē  
absconditū, vt iuxta multorum  
Patrū expositionem de eo Pro-  
phetā Esaias per admirationem  
dixerit, generationem eius quis e-  
narrabit? Id, quod facile ostendit-  
ur: si enim Christus ordina-  
ria ratione natus ex Matre fuisset,  
non erat cur Esaias per ad-  
mirationē diceret, generationem  
eius quis enarrabit? facile namq;  
eius generatio posset explicari,  
si sicut alij homines fuisset gene-  
ratus. Itaq; Prophetē admiratio  
euincit temporalē Christi genera-  
tionem diuina altissimi virtute  
perfectā in Virgine fuisse. Sic in-  
terpretatus est locū Esaię, in pri-  
mis Iustinianus in Dialogo cū  
Triphone aduersus Iudeos, ver-  
bū, inquit, quo Esaias Iesus est: ge-  
nus eius quis exponet? quod vita  
eius à terra auferetur (Sic enim le-  
git) num tibi videtur dictū quasi  
eius, qui non ex hominibus genus  
habet? D. etiam Athanasius lib.

5  
Beda,

Iusti.

enā.

de Incarnatione Verbi, eiusq;  
corporali ad nos aduentu, nati-  
uitatē, inquit, eius qui enarrabit?  
hic est, qui ex Virgine prodixit. Et  
homo in terris apparuit, & cuius  
in enarrabilis secundum carnem  
natiuitas censemur: Non enim est,  
qui patrem eius carnalem dicat, cū  
non ex virō, sed ex Virgine sola,  
corpus eius ortum trahat. D. Chry-  
ostomus homil. de Ioanne Ba-  
ptista, generationem, inquit, eius  
quis enarrabit? hoc nobis ostendit  
quoniam natus quidem sit, sed quo-  
modo natus sit ignoramus.

Vide quid etiam in hanc sen-  
tentiā dixerit B. Bernardus ser-  
mone primo in vigilia Natiui-  
tatis. O partus solus sine dolore, so-  
lus nescius pudoris, corruptionis  
ignotus, non reserās, sed consecrās  
virginalis vteri tēplū. O natiuitas  
supra naturā, sed pro natura miracu-  
li excellentiā superās. sed reparans  
virtute mysterij fratres genera-  
nē istam quis enarrabit? Angelus  
nūtriat, virtus altissimi abūrat, su-  
peruenit Spiritus, & Virgo credit,  
fide concipit, Virgo parturit, Virgo  
permanet, quis non miretur? Nasci-  
tur altissimi filius, Deus de Deo, ge-  
nit⁹ ante sēcula, nascitur Verbū in-  
fans, quis del̄ satis miretur? &c.  
Quid plura? adeō inenarrabilis  
est

est temporales etiā Christi generatio, ut & nuncius Gabriel mysterijtati ignar⁹ nihil aliud respōderit Virginī quærēti, quomodo fiet istud, quā quod Spiritus Sāctus in eam esset superuenitus, eadēq; Virgo altissimi virtute esset obūbranda. *Spiritus Sāctus,* inquit, *superueniet in te, & Virtus altissimi obūbrabit tibi.* Huius igitur inenarrabilis admirādiq; partus diem vidēdi, beatissima Virgo ardētissimo desiderio tenebatur, quod quidē desideriū videnti Christū natū, Ecclesia Romana sub nomine Expectationis part⁹ Virginis, hodierna die celebrare cōfueuit; illū videlicet diem, quo, ut loquitur B. Fulgētius, creuit pars integritas, & Virginitas ampliata est potius, quā fugata. Illum felicissimū diē, quo, ut notauit Maximus Episcopus Taurinēsis hom. i. in Natiuitate Dñi, noua fæminei sexus gloria peperit Virgo; & quod uniuersa nobis cū creatura miratur, natus est homo non per hominē procreatus; nascitur Christus ex Maria, ut & sexus fæmineus hominem daret, & Deū proderet integritas Virginalis; Illū deniq; diē, in quo, ut ait Leo Papa, una cū cœlis lætitia omninis est ratio, quia Dñs noster peccatis,

mortisq; destruetor, sicut nullū à reatu liberū reperit, ita pro liberandis omnibus venit. exultet, inquit, Sāctus, quia appropinquat ad palmarum, gaudeat peccator, quia invitatur adueniam, animetur gentilis, quia vocatur ad viam. &c.

Vt verò magis elucescat quāta anima alacritate, & desiderio, Maria Virgo diem sui partus expectauerit, meminisse oportet eam ab Ecclesia non solum Matrem Christi credi, & esse, sed Matrem quoque misericordiæ iure optimo appellari, tum quia eum peperit, quē Propheta misericordiam appellat dicens, *Misericordia mea, & refugium, Deus meus, & liberator meus:* tū quia incarnationis mysterium, & natus Christi secundum carnē, opus fuit misericordiæ iuxta illud Zachariæ Luc. i. *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari Testamenti sui Sancti.* Et in Cantico ipsius Virginis Mariæ, suscepit Israel puerum suum recordatus misericordiæ suæ. Ad quam etiam misericordiam spe etauit Abac. capite tertio, cum dixit, *Cum iratus fueris, misericordia recordaberis.* Hoc est, illius misericordiæ, quā promisisti de Incar.

Abac-

c. 3.

## Annotationes in Euangelium

Incarnatione filij; ut videlicet cum iratus fueris, tantæ misericordiæ reconditione, suppliciū, & iram temperes. Cum igitur

7. Maria Virgo mater sit misericordiæ, non potuit non eandé, velut filiam charissimum sibi datum, & nobis promissum, ardenti desiderio expectare. Ade B. Virginem Matrem quoque gratiæ appellari, quia nimirum eū peperit, qui est totius gratiæ fons, & plenitudo; gratiæ ergo illam, quæ iam in vterum ipsius sicut pluua descenderat in vellos, mundo etiam cōmunicare cupiebat, ut de plenitudine eius acciperent vniuersi. Huc etiam spectat illud Esaiæ 26. *Vident mortui tui, interfecti tui resurgent: expurgissimini, & laudate, qui habitatis in puluere: quia ros lucis rostrus.* Quo loco Propheta Christum appellat rorem, seu gratiam mortuos suscitantē: sic enim locum intelligit. Proco-

pius: *ros, inquit, tuus est unigenitus filius tuus, qui stillam guttis viuificantibus, mortuis suis medicinam faciet peccatorum, quæ contraxerunt, simulque æternam vitam reddet.* Virgo igitur beatissima, huiusmodi gratiam, & rorem cœlestem, mundo in peccatis

mortuo vitam cōmunicaturū, mortuis hominibus iam ostendere gestiebat, ut eo possent infundi, simulque viuificari.

Huc etiam spectasse videtur Esaias cap. 45. cum ait, *rorate cœli de super, & nubes pluant iustū.* Ecce. Vbi pro eo, quod nos habemus, *rorate cœli de super,* septuaginta transtulerunt, exultent cœli de super, ut ostenderent cœlos cum rorem illum cœlestem Christum Dominum in terras effuderunt, quodammodo exultasse, ac resisse, quia scilicet, eō perfusi homines in peccatis mortui, ad gratiæ vitam erant redituri, iuxta verbum Esaiæ supradictatum, *Vident mortui tui.* Ecce. Imò ea translatione indicare voluerunt, huius roris descendens nihil aliud fuisse, quam cœlorum, totiusque mundi letitiā, ac risum. Neq; verò id mirum videri debet, exultasse, risisseque cœlos, cum Christum terris misserunt, quandoquidem Christus ipse nihil aliud est, quam cœli, terræque risus, eam scilicet ob causam in Isaac, qui risus interpretatur, ad viuum expressus, Amb. vt docet. D. Ambrosius lib. de Isaac, & anima cap. 1. cum sic ait, *Isaac risum significat, risus autem insigne*

8. *insigne lætitiae est : quis autem ignorat, quod is uniuersorum lætitia est, qui formidolosa mortis, vel paucore compresso, vel merore sublato, factus omnibus est remissio peccatorum ?* &c. Maria igitur Virgo partum virgineū expectat, quia mundi lætitia est, cœli, terræq; risus; gratia, seu ros viuificans; denique, quia omnibus remissio omnium delictorum.

*Sciebat Virgo mater in filio suo Iesu genus hominū in primo Adam dissipatum, rursus instaurandum tanquam in secundo Adam, id quod in figura, & typo ostensum est Hieremīe cap. 18. Descendi, inquit, in dominum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam; & dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis: conuersusque fecit vas alterum sicut placuerat in ocu li eius. In quo typo hominis lapsus, & instauratio exprimitur: verè enim homo, quem Deus è luto formauerat, vas erat fistile, quod tam citò fractum est, ut adhuc voluente rota fractū fissile videatur: idcirco enim dicitur, faciebat opus suum super rotam, & dissipatum est. Verum eo fracto, figulus alterum vas longè pulchrius, Chtisum yi-*

delicet efformauit, in quo genus humanum in primo Adam dissipatum, rursus tanquam in secundo instauraretur. In quē locum notanda est similitudo maxima inter figulum, dissipatum opus iterum efformantem & Deum collapsum hominem in Adamo, in Christo filio suo in Virginis utero instaurātem. Ratio verò huius similitudinis colligitur ex figuli descriptione, quæ est apud Ecclesiasticū Ecc. capit. 38. Sub his verbis. *Figulus 38.* sedens ad opus suum, conuertens pedibus suis rotam; qui in sollicitudine positus est semper propter opus suum, & in numero est omnis operatio eius: in brachio suo formauit lutum, & ante pedes suos curuabit virutem suam. Vbi notanda sunt maximè verba illa postrema, curuabit virutem suam: quasi enim necesse fuit, ut omnipotentiam suam Deus usque ad ultimum exerceret, & quasi curuaret, & flecteret, ut ad tantum opus efficiendum pertingeret: imò innuitur, quodāmodo ipsam Dei potentiam tanti operis magnitudine curuatā sensisse, quemadmodum figulis fleti fortitudinem suam incurvā dose deorsum ad perfectionem operis.

## Annotationes in Euangelium.

operis. Igitur Beata Virgo Ma-  
ria incredibili flagrabit deside-  
rio tantum opus videndi , il-  
ludque hominibus ostendendi,  
ut, qui in primo Adam fuerant  
diaboli inuidia dissipati , in se-  
cundo possent quotquot vellēt  
Dei charitate instaurari. Vnde.

**Aug.** Beatus Augustinus sermo. 19.  
De Sanctis sic habet. Omnipoten-  
tis figuli manus, cuius Universæ viæ  
misericordia, & veritas , quæ lu-  
tum de terra levatum rationalis  
naturæ dignitate sublimauerat, sic  
voluit ruinam vasorum fragilis refor-  
mare , ut nec peccatum hominis  
dimitteret impunitum , quia ius-  
tus est , nec insanabile , quia mi-  
sericors est : Quod enim Dei Sa-  
pientia potuit facere Sapienter, &  
fortiter, voluit facere suauiter, &  
niens sibi infirmitatem carnis no-  
stræ , quam primo in se sanaret, &  
per hanc quasi medicinalem con-  
fectionem, generi humano sanita-  
tem restitueret ; non quod non po-  
tuerit aliter fieri quantum ad pe-  
ritiam , & potentiam medici, sed  
quis non potuit commodius anti-  
dotum procurari quantum id com-  
plectionem ægroti: Hec causa no-  
bis specialis esse videretur cur Dei  
filius hominē induere voluerit, &  
inter homines conuersari, ut mor-

talitatem , quam à nobis accep-  
rat, moriendo superaret, & natu-  
ram. nostram supra prime origi-  
nis dignitatem reparatam , secum  
ad immortalitatem renocaret, it  
eò sequeretur humilitas gregis, quò  
præcessit celitus pastoris. Mira-  
bile , & incomparabile genus me-  
dicinae , propterquam Medicus vo-  
luit ægrotare , & ægrotos , quibus  
salutis remedium procurabat , sua  
decreuit infirmitate sanare. Hzc  
Augustinus.

Ex ijs vero satis appetet  
quam verum sit, id quod Elaias  
prædixerat de Mariæ Virginis  
filio Christo Iesu , quod videli-  
cet , parvulus natus est nobis , &  
filius datus est nobis: Sic enim An-  
gelus Pastóribus nunciauit. Ec-  
ce annuncio vobis gaudium mag-  
num, quia natus est vobis hodie sal-  
uator, &c. Quasi diceret , non  
sibi, nec nobis , sed totus vobis  
natus est, totus & datus. Vnde  
Beatus Bernardus homilia ter-  
tia super Missus est, nobis, inquit  
natus, non sibi, qui utique ante tem-  
pora multo nobilior natus ex Pa-  
tre, nasci temporaliter non indige-  
bat ex Matre. Non Angelis quo-  
que, qui cum magnum haberent,  
parvulum non requirebant . Nobis  
ergo natus, nobis , & datus, quia  
nobis

nobis necessarius. Iam de nobis nato, & dato, faciamus ad quod natus est, & datus. Ut amur nostro in nostram utilitatem; de Salvatore salutem opere remur. Ecce parvulus in medio statuisur. O parvulus, parvulus desideratus. Studiamus effici sicut parvulus iste: dicamus ab ipso, quia mitis est, humilis corde: nec magnus videlicet Deus, sine causa factus sit homo parvulus, ne gratis mortuus, ne in vacuum crucifixus. Discam⁹ eius humilitatem, imitemur mansuetudinem, amplectamur dilectionem, comunicemur passionibus, lauemur in sanguine eius, ipsum offeramus propitiationem pro peccatis nostris quoniam ad hoc ipse natus, & datus est nobis. &c. Gratias ergo agamus Mariæ Virginis, quæ filij Iesu nativitatem non tam sibi, quam nobis ardenter desiderio sperabat, sciens quia parvulus natus est nobis in terris, ut magnū habere possemus in Cœlis.

Desiq; omnia Virginis Mariæ vota, & desideria eò spectabant, ut Iesus filius eius parvulus iam ab omnibus videretur, sciens eius aduentu bona omnia, quæ desiderari poterant, cōtineri. Sic nimis sponsa Ec-

Cat. 3  
clesiae nomine, vel etiam in persona ipsius Virginis Mariæ in Cant. Canticorum cap. 8. Omnia vota, ac desideria indicabat, dilectū suum his verbis allocuta, fuge dilecte mi, & assimilare capre, hinnuloq; ceruorū super motes aromatiū; quib⁹ verbis aduentū Missiç postulat per carnis assūptionē ex virgine, & nativitatē 10. temporalē: illud namq; verbū, fuge, non significat, vt ab sponsa recedat, sed potius, vt veniat ea celeritate, qua currere solent seruorū hinnuli fugientes; est q; sensus: fuge ad me dilecte mi summa velocitate, & in isto aduentu tuo assimilare capre, hinnuloq; ceruorū: hæc enim animalia sommam habent incurriendo celeritatem.

Neque vero solum Beata Virgo Maria, sed spiritus etiam Cœlestes optatum diem expectant gratulaturi mundo de Christi nativitate: sic enim pastoribus eos dixisse Luca Euan gelista narrante didicimus, na-  
tus est nobis hodie Salvator. &c.  
Et iterum. Facta est cum An-  
gelo multitudo Cœlestis exercitus laudantium Deum, & dicentium,  
gloria Deo in altissimis: & in te. ra  
pax hominibus bona voluntatis.

Quem

## Annotationes in Euangelium

Quem locum sic exponit Euthimius *Laus in cœlis Deo: inter Euth. rīs pax; in hominibus beneplacitum patris, quod olim erit. Hoc autem est ut incarnaretur filius, ac salua retur homo: nunc enim completū est, quod olim patri beneplacuit, Theo seu quod definiuit, ac voluit. Theo phil.* philactus autem sic eadem angelorum verba intelligit, ut sensus sit. *Gloria Deo, pax est hominibus: Cum enim prius natura humana inimica fuerit Deo, nunc ita conciliata est, ut & Deo adiuncta sit, & incarnato unita. Aliter quoque intelligi potest pax ipsa filios Dei; & hominibus bona voluntas Dei, id est, Deo requies in illis hominibus; & cui prius non beneplacitum erat in hominibus, nunc pro beneficijs, & re focillationibus, hominum habet opera, in quibus, & quietem habet. Notandum est autem his verbis, & in terra pax hominibus, Angelos secutos fuisse modum salutandi hebræorum: ijs enim pacem insalutando imprecaban-*

tur dicentes pax huic domui, pax tibi, pax vobis. &c. Significat autem illis pax omnimodā salutem, & prosperitatem. Pax tibi, id est, quod bene habeas, se ualustibi sit; euenant, tibi prospera cuncta. Quo sensu intellige illud David 2. Reg. 18. *Est ne pax puerō Absalon. Hoc est, habet ne bene? Saluus ne est? Neque enim de pace loqui poterat, quæ bello opponitur, qui Absalon in bello esse sciebat, Genes. etiam. 4 1. vbi nos legimus, Deus respondebit prospera Pharaoni, legunt aliqui ex Hebræo, Deus respondebit pacē Pharaoni; ex quibus iam vides Angelos Christo nato, pacem mundo, hoc est abundantiam omnium bonorum spiritualium, pacis nomine significatam hominibus imprecari, ideoq; Christi nativitatem tanta animi alacritate, ardente desiderio à Matre Virgine expectari; quia nimirū, ex ipsius Nativitate dāda erat nobis pax, & gratia in præsenti, & gloria in futuro.*

A N N O T A T I O N E S  
I N E V A N G E L I V M,  
Matth. 23.

*Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt quoties voluicongregare filios tuos, &c. Et noluisti*

**Q**UAM fuerit Dñs Deus noster semper de nostra salute sollicitus, quamq; natura ipsa sit idem Dñs ad benefacien dū propensus, satis indicat verba illa ipius apud Esaiam c. 49.

*Numquid poterit obliuisci Mater infantē suū, ut non misereatur filio terisi? Et si illa oblica fuerit, ego non obliuiscar tui. In eandē sententiā dixit regius vates in Psalm. 102. Sicut miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se; quam obrem non incongruē miserator, & misericors Deus noster ibidem dicitur corroborasse misericordiā suam super nos. Quoniam, inquit, corroborauit misericordiam suam super timentes se, quorum*

*verborum Caietanus talē vult esse sensum; diuinam videlicet misericordiam, & gratiam nullis peccatis debilitatā fuisse, sed*

potius magis roboretur, & cōfirmatam, resistendo tam multis demeritis; vtitur autem locutione metaphorica, qua id roboretur dicimus, quod à multis impugnatum, firmitatem tamen suā retinet; ad quod explicandū adhibetur similitudo altitudinis cœlorum à terra; *Sicut enim, inquit ille, nullæ mutationes que circa terrā, & uniuersæ circa aëtiorū, & passiuorum sphærarum sunt, perueniunt ad altitudinē cœlorū, quin potius cœli secundū suā à terra altitudinē, firmi, & stabiles sua dispositione perseverant, quam cumq; inferiora immutentur; ita diuina gratia, & misericordia in suo labore, & fortitudine perseverant, nec propter hominū flagitia, aliquā subiit mutationē; quia multo magis exalta, & eminens est super hominum malitiam, quam sit cœlum super terram.*

## Annotationes in Euangelium

2 Dicitur autē Deus corroborasse, seu fortē fecisse misericordiā suam super nos per verbi incarnationē, comparatione præcedentium temporū; quoniā tūc quasi debilis, & infirma quodāmodo eius misericordia videbatur, quod nemini Cœlū reseraret; quam id circa Deus confirmandam, & corroborandam duxit per incarnationē filij sui, per quā & nos quoque filij eius nominamur, & sumus, iuxta illud Ioānis Euangelistæ c. 1. *Dedit eis potestatē filios Dei fieri.* Quod autē hæc potestas data sit nobis per verbi incarnationē, ex ijs, quæ sequuntur manifestè cōprobatur, videlicet, *Et Verbū caro factū est, & habitauit Chry. in nobis.* In quē locū D. Chrysostomus sic habet. *Cum dixisset, ex Deo, & filios Dei factos, qui eū receperunt, tāti honoris causam ad iecit quod Verbū caro factū est, & serui formam Dominus accepit.*

Aug. Neq; verò mirū videri debet eū, qui sic dilexit nos ut filiū suū unigenitū darer, talē nobis etiam dedisse potestatē, ut filij Dei non minetur, & simus. *Quid miraris,* inquit August. *quia homines ex Deo nascuntur?* attende ipsū Deū natum ex hominibus. Idem Aug.

in prædicta Ioannis verba, dedit eis potestatē filios, Dei fieri, &c. quid eis, inquit, præsttit? magnam benevolentiā, magnā misericordiā. Unicus natus est, & noluit manere unus. Multi homines cū filios non habuerint peracta ætate, adoptant sibi, & voluntate faciunt, quod natura non potuerūt; Si autē aliquis habeat filium unicū, gaudet de illo magis, quia solus omnia possessurus est, & non habebit, qui cum eo dividat hæreditatiē, ut pauperior remaneat. Non sic Deus unicū eū dē ipsum, quē generat misit in hūc mundum, ut non esset unicus, sed fratres habēret adoptatos. non timuit ille habere hæredes, quia hæritas eius non fit angusta, similiē possederint. Audi quomodo ipsi fiant hæreditas ipsius. Postula ā me & dabo tibi genteshæreditatē tuā, & possessionē tuā terminos terrā, &c. In eandē sententiam Euthymius super eadē Ioannis verba sic ait. *Vbi dixisset homines ex Deo natos esse, ait filium etiā Dei factum esse hominē, ut, qui illud admirabatur, magis etiam hoc miretur, ut pote excellentiori modo magis admirandum, & hoc illius causa est; ad hoc siquidem Dei filius homo factus est, ut homines filij Dei fierent.*

In

In huius verò benedictionis figura, & typo, Jacob indutus ve-  
stimentis Esau fratris sui primo-  
geniti, benedicitur à Patre suo  
Isaac: vestibus enim primoge-  
niti indutus est Jacob, quorum  
odorē vt percepit Pater in ma-  
ximas prorupit benedictiones;  
nos verò tūc Christi fratris ma-  
ioris induimur vestibus, cū eius  
merita nobis per fidem & sa-  
cramenta applicantur; cumqué  
eius odorē percipit Deus, pro-  
fusè nos in omnibus benedicit.

Vnde Paulus ad Ephes. cap. 1.  
*Benedictus, inquit, Deus, & Pa-*  
*ter Domini nostri Iesu Christi; qui*  
*benedixit nos omni benedictione*  
*spirituali, in cœlestibus in Christo,*  
*sicut elegit nos in ipso ante mundi*  
*constitutionem, vt essemus Sancti,*  
*& immaculati in conspectu eius*  
*in charitate. Et ad hanc benedi-*  
*cctionem, spiritu, & fide æstua-*  
*bant Patres antiqui, enixe po-*  
*scentes, vt secundum datas sibi*  
*à Deo promissiones, humanā*  
*fusci peret naturam; in quo sēsu*  
*nonnulli intellexerūt illud Psal-*  
*mi. 118. Suscipe me Domine se-*  
*cundum eloquium tuum, & vi-*  
*uam, &c. Hoc est, suscipe iam*  
*Domine humanam naturam,*  
*vt cum per eam frater noster*

effectus fueris, nos in adoptio-  
nem filiorum Dei recipiamur,  
indutique tuis meritis velut al-  
ter Jacob, cœlesti, paternaq;  
benedictione repleamur.

Notandum est autem Salua-  
torem nostrū maximē doluisse  
aliquos esse hac benedictione  
priuandos, id quod apertè indi-  
cat dicens, *Hierusalē, Hierusalē*  
*quoties volui cōgregare filios tuos*  
*sicut gallina congregat pullos sub*  
*alas, & noluit: loquitur autē de*  
*congregatione ad vnitatē fidei,*  
*& charitatis, vt efficerētur vna*  
*ecclēsia: per fidē enim datur no*  
*bis potestas filios Dei fieri. Ioan.*  
*c. 1. hoc autē facere voluit Chri*  
*st⁹ sēpe, & noluit Hierusalē, quia*  
*resistebat prædicationi Christi,*  
*nō recipiendo doctrinā, sed per*  
*sequendo, & caluniando. Hanc*  
*verō Iudęorū duritiā existimat*  
*Hieronymus super Matth. Chri*  
*stū in prædictis verbis fleuisse;*  
*paterna itaq; pietate, & affectu*  
*Hierosolymitas luget dicens,*  
*quoties volui congregare filios*  
*tuos, quēadmodū dicit Luce 19*  
*Si cognouisses & tu, sub audiendū*  
*est, fleres; hoc enim Dominus*  
*dixit cum videret Hierusalem,*  
*fleretque super eam.*

Vtitur verò Dominus galli-  
Gg 2 næ

## Annotationes in Euangelium

4 næ similitudine ad significan-  
dam nimiam congregationem,  
summumque amorem in eos  
quibus potestatem dedit filios  
Dei fieri : Nulla enim maior  
congregatio esse potest quam  
illa, qua gallina congregat pul-  
los suos recipiendo eos sub alis,  
& quasi cotoprando eos sibi, ut  
efficiantur vnum cum ea, & fo-  
ueantur calore corporis eius ;  
& hoc Christus intendebat fa-  
cere de Iudeis, videlicet, con-  
gregare eos ad unitatem fidei,  
quæ est unitas Ecclesiæ, vel ou-  
lis, ut dicitur Ioan. 10. Ostendit  
ergo Dominus in prædicta simi-  
litudine magnum erga nos af-  
fectum ; unde Chrysostomus,  
*magnitudinem, inquit, amoris sub*  
*similitudine gallinæ ostendit.*

Neq; solum ostendit maxi-  
mū erga fideles suos amorem,  
sed & beneficiorū impensionē,  
& tolerationē malorū nostro-  
Abul. rū, ut ait Abulensis super Matt.  
non enim gallina pullos ita cō-  
gregat, nisi quia nimis diligit; &  
sic congregatis beneficium exhi-  
bet, quia calore corporis sui fo-  
uet pullos, quorū adhuc calor  
deficiens est. Insuper eos ibi cō-  
tra miluum, & alia pericula de-  
fendit: & per hoc, quod sape

eos fouet infirmatur, & mala  
pullorum in se recipit; Christus  
enim ònia hæc nobis facit, quos  
ad se congregat, ideo rectè com-  
parauit se gallinæ pullos cōgre-  
ganti. Vnde August. *hoc, inquit,*  
*genus animantis magnum affectū*  
*in filios habet, ita ut eorum infir-*  
*mitate affecta, infirmetur, & ipsa,*  
*sic & mater nostra, Dei sapientia*  
*per carnis susceptionem infirmata,*  
*quodammodo iuxta illud Apostoli,*  
*quod infirmum est Dei fortius est*  
*hominibus, protegit infirmitatem*  
*nostram, & resistit diabolo ne nos*  
*rapiat.* Eandem esse similitudi-  
nem illam, existimat D. Hiero-  
nymus, de qua in cantico Deu-  
teronomij sic legimus. *Sicut* <sup>1.</sup>  
*quila protegit nidum suum, & su-*  
*per pullos suos desiderauit, expar-*  
*dens alas suas; suscepit eos, & i-*  
*lit super pennas suas.*

Eandem gallinæ ad Christū  
similitudinem prosequitur Cal-  
fianus de similitudinibus Sal-  
uatoris libro septimo, capit. 32.  
Qui eiusdem Domini personā  
induens sic ait. *Quoties, volui,*  
*Prophetas præmittens, congregare*  
*filios tuos in fidei unitatem, & in*  
*illam veritatem, quæ possessores su-*  
*os oberrare non finit, ac in illam*  
*dilectionem, quæ dno scilicet crea-*  
*tor,*

tur, & rationalis creatura taliter  
connectuntur, ut neutrum, ab alte-  
ro dissoluatur? Vnus est Deus,  
& in vnū quærerit homines con-  
uenire, ne, nō congregati à iu-  
stis vltionibus feriantur: Nam  
in Exodo legimus, quod si qua  
non fuerant de agris congregata, à  
grandine perierunt; quæ autē con-  
gregata fuerunt, reseruata sunt.  
Erāt homines dispersi in agris,  
& animalia similiter vagaban-  
tur, & cum Deus percussit Ae-  
gyptum grandine, consumpta  
sunt. Disperguntur siquidem  
homines in actionibus suis, nec  
diuinis regulis congregantur,  
sed cum Deus excandessit in  
acerbam vindictam, feriuntur,  
congregati verō reseruantur.  
Vbi notandum est quod, qui nō  
congregantur ad Domini disci-  
plinā, congregabuntur ad pœ-  
nam: ait enim Isaias 24. Congre-  
gabuntur congregatione vnius fas-  
cis in locum, & clauduntur in car-  
cere. Et Dominus noster apud  
Matth. 13. colligit, inquit, Ziz-  
ania, & alligate in fasciculos ad  
comburendum. Lacus, & carcer,  
atque combustio ad pœnam re-  
feruntur æternam, sed qui sub  
alas Domini congregantur, ab  
eodem protegentur; unde Psal-

mista in Psal. 16. Sub umbra, in-  
quit, alarum tuarū protege me, à  
facie impiorum, qui me afflixerūt.  
Væ pullis nō recurrentibus sub  
alas gallinæ, desuper miluo vo-  
lante, sine dubio deuenient in  
prædam. Væ inferni erit æter-  
num, non refugiéibus sub alas  
Dominicæ nativitatis, & crucis;  
hæ sunt enim Christi Domini  
alæ sub quarum tegmine spera-  
re debemus, vt ab ubertate do-  
museius possimus inebriari, &  
torrēte voluptatis ipsius potari,

Beatus Ambrosius expen-  
dens supra positum Psalmi ver-  
siculum, existimat Prophetam  
ijs verbum exposcere continuū  
& singulare Dei præsidium ad  
custodiendam teneram, & deli-  
catam animam fœtili carni sub-  
mersam, idque colligit ex præ-  
cedentibus, videlicet, à resisten-  
tibus dexteræ tuæ custodit me, vt  
pupillam oculi; quia pupilla tene-  
ra res est, & maxima indiget  
custodia. Pupillæ, inquit, ne qua  
incidentis iniuriæ offensione lœdā-  
tur, pilis hinc inde conservis velut  
quodam vallo per circuitū muniū-  
tur; Inde turum auiliū posulans  
Propheta ait, custodime Domine  
tū pupillam oculi; tū protectionis  
divinae fieret, tam secura custodia,

# Annotationes in Euangelium.

quam pupillā oculi-tutissimo quodam naturae vallo, munire dignatus est; simulq; quia innocentia, & integritas, leui sorde aspersa violatur, & gratiae sue manus amittit.

9. Anosce iam Christū fideles suos defuper protegentem in

Aet. 6 Actibus Apostolorum, cum videlicet. Saulus adhuc spirans mi-

narum, & cædis in discipulos Domini, accessit ad principem Sacerdotum, & petiit ab eo Epistolas in Damascū ad Synagogas, ut si quos inueniret huius viæ viros, ac mulieres, vincitos perduceret in iherusalem: Cum enim Dominus videret parvulos suos, velut gallinæ pullos iam iam milui rostro

& vnguis dilaniandos, mater no doctus amore insurgit in Saulū, & ait, Saule, Saule quid me persequeris? Petrus Blesensis serm. de Conuersione Pauli, vt referratur à Lotino Cōment. in Aet. Apostol. in hæc verba, ait irati verba fuisse hæc pro suis membris, inquit, vt collata beneficia, sic illatā iniuriā, Deus propriam députat. Quo etiā modo,

inquit, Petrus cum ex urbe Romæ aliquando fugeret, & sibi occurre-

rebat Christus natus esset, ab eo que-

sionē Domine quò vadis? Christus

respondit. Romanam vado, iterum crucifigi. Hoc de Petro narrat Athanasius Apologia de fuga, & Ambrosius, & alij. Ecce Dñs induit gallinæ naturā, imò sibi inatam nobis indicat: hæc enim auis exponit se admiluū, rostro, pedibus, alis, suis alūnis inimicū, & vt ait Cassianus, rāto amo re ad eos profunditur, ut nec pro eis vereatur quempiā notum. Et si vñū pullorū clamantē, & segregatū audierit, velut si omnes deficerent quarulatur. Vnica vni, vnicā omnibus, vnicā singulis, vnicā profecto in omnibus est. Dñs noster, qui pro omnibus mortuus est semel, nterum, si opus esset, pro dno tantū crucifigi non recusaret.

Hinc collige quantū omnes Christi redemptioni debet, tandem singulos debere, vt innuit Paulus ad Galat. 2. dicēs de Christo, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, neq; enim vt inquit Chrysostomus ibi, rebus causatus erat Christus, vel ob tantū exhibere dispensationē; adē singulum quinq; hominē pari charitatis modo diligit, quo diligit orbē universum: unde Ecumenus, Ecquod, inquit, erat commune, proprium efficit; quibus verbis declarat tantam quemlibet Deo gra

gratiam de his agere oportere,  
quantam si pro sevno humanā  
7 carnem induisset.

Secundo colligeret Christum  
Dominum acris suorum iniuriā  
rias, quam proprias vindicare.  
Exemplum sit Cain, qui cum  
Deum læsit in sacrificio leniter  
admonitus est, acerbius verò  
Ge. 4. cum fratrem occidit. Genes. 4.  
Notandum quoque est voluisse  
Deum de Madianis, & Amale-  
Num. chitis pœnas repeti, non quidē  
11. propter idololatriam, sed quia  
molesti fuerant Hebreis. Num.  
31. Achab etiam sanguinē lin-  
ixerunt canes, & uxoris, non  
quod impij extitissent in Deum,  
led quoniam abstulerant vineā  
Naboth. Primus auertit populū  
à Dei cultu Ieroboam: attamen  
manus ipsius, tum solūm a refa-  
cta est, quando illam extendit  
in Prophetam. 3. Reg. 12. Eodē  
pertinet parabola regis, qui tot  
condonans talenta, indignatus  
est grauiissimè aduersus ingratū  
Man. seruum, qui nec paucos remit-  
tere denarios cōseruo sustinuit.  
Matth. 18. Ex quibus omnibus  
de cōf. vñl. patet Deum maiorem vltionē  
z. ē. g. sumere de suorū, quam de pro-  
prijs iniurijs; qua ratione Augu-  
stinus existimat Christum Do-

minum, id est tunc filium homi-  
nis appellari, ut ipso nomine  
singulare incarnationis benefi-  
cium nobis reduceret in memo-  
riam, per incarnationem enim  
totum se nobis dedit patronum  
& defensorem, nostrasq; om-  
nium iniuriarum acerrimū vin-  
dicatorem. Vnde Caetanus in  
cap. 8. Maith. Idem esse putat  
filium hominis nuncupari Chri-  
stum Dominum, ac homini pla-  
ne deditum est. Quo pacto  
etiam Marci cap. 2. filius nup-  
tiarum dicitur. Et Matth. 9. &  
Lucæ cap. 10. dicitur filius pa-  
cis, qui modus loquendi He-  
bræo idiotis modici consuevit,  
vt Lorinus in Act. Apostolorū  
cap. 7. adnotavit.

Non incongruè etiam dici  
potest hac appellatione filij  
hominis quendam veluti triū-  
phum de asserto in libertatem  
homine denotari, quem admo-  
dum se duces illi Romani Pro-  
vinciarum subiungatrū nomi-  
nibus cohonestabant; & Apo-  
stolus ex Saulo Paulus, ob Ser-  
gium Paulum Proconsulem in  
fidem adductum, appellari vo-  
luit, vt placui Divo Augustino Aug.  
libro octauo, Confessionum,  
cap. 4.

## Annotationes in Euangelium

Hæc autem omnia meminisse fas est cum B. Stephanus ait,  
*Ecce video Cœlos aperios, & filiū hominis stantem, &c.* Propterea enim docere videtur D. Augustinus serm. 95. de Diuer. ex eo temporis articulo, quo B. Stephanus dignatus est tali visione, concepisse vehemens desiderium moriendi pro Christo;  
*Ad Christum, inquit, flagrantissimo amore suspensus, carnē quātocius relinquere desiderabat, & ad ipsum cupiebat anolare, nec mortē iam timebat, quia Christum, quem pro se occisum sciebat, viventem videbat, ac per hoc festinabat etiam ipse mori pro illo, ut dixeret cum illo.* Hæc Augustinus. Ait ergo Stephanus, *ideo filium hominis, quasi diceret, video illum stantem, ut pro me pugnet, ut illatas mihi iniurias vlciscatur;* Aliā tradit B. August. serm. 98. de Diueris, huius exclamationis B. Stephani rationem; ut videlicet non ferens farorem Iudæorū Stephanus; non tam contrase, quam contra Christum fremētum, & blasphemantium se se cōuerterit ad Angelos, quasi diceret, gaudeat amici, si blasphemant inimici; simul monens illum, quem videbat filium homi

nis stantem à dextris Dei, esse eum, qui more agendus in cruce iisdem fere verbis usus fuit dicens Matth. 26. *A modo vi debitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei.* Vbi notandum est Christum veluti assuredisse ad spectandum Stephanum: Sunt enim iusti, præserium pro Christo certantes, iucundū spectaculum Deo, iuxta id, quod ait Paulus. 1. ad Cor. 4. *Deus nos 1. Cor. Apostolos nouissimos ostendit, tāz quām morti destinatos: quia spectaculū facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.* Id quod, vel Seneca ipse intellixisse videtur cum in quadam Epistola sic ait. *Ecce spectaculum, in quod afficiat intentus operi suo Deus.* Vnde B. Petrus Damianus homil. de Sācto Stephano, *Surgit, inquit, ipse rex filius regis, & lapidantium aries interrumpens triumphatori certaminis, non sine dolore cordis.* Nostro loquendi modo ex aggerando dicit, assistit. Gregorius quoque Niscen. ad idem nos invitans spectaculum, ait ad id præsentes omnes Angelos fuisse.

*Encomia Beati Stephani martyris.*

Vide

**V**Idete iam quam pulchrū spectaculum Stephanus fuerit Deo, Angelis, & hominibus. Nescenus sit, quod orbe lapides vndeq; conscientium, quasi corona cinctus, accepit id, quod agebatur, quasi corona victoriae præmium in manibus aduersariorum neceretur. In quibus verbis allusio esse videtur ad nomē Stephanī, quod corona interpretatur. hinc ut B. August. ait serm. 94. de Diuers. Quanda B. Stephanus pro Christo primus sanguinem suū fudit, quasi corona processit de Cœlo, & eam sumerent sequentes in præmio, qui præcedentis pietatem imitarentur in prælio. Impleturunt post modum terram crebra martyria; quicunq; postea sanguinem pro Christi confessione fuderunt, imposuerunt coronam illam capiti suo, & eam secuturis integrum seruauerunt. Idem August. serm. 96. de Diuers existimat in Stephano ad impletum fuisse, id quod dicitur in Psalm. 117. Lapidem, quam reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Id quod per accommodacionem accipiendum est; nam literalis sensus de Christo Domino intelligendus est.

Num quid pulchrius ullum

potuit esse spectaculū Deo Angelis, vel hominibus, quam Stephanus, qui in tanto proprię vi- tæ discrimine, etiam in ipso mor- Inno nis articulo, vt loquitur Bernardus, tam pro perseverantibus, quā pro se ipso sollicitudinem gerebat ampliore? Obtulit enim se ipsū Christo cum dixit, Domine Iesu, suscipe spiritum meū; Sollicitudinē verò simul gerebat pro inimicis cum dixit. Domine ne statuas illis hoc peccatum. vide quid hac de re dixerit Beatus Petrus Chrysologus sermone de Sancto Stephano 154. Pro Domini sui, inquit, adhuc calente sanguine, sanguinem suū avidus bellator effundit. Quo facto complevit, ut notauit Maximus sermo. de Sancto Stephano, id quod dictū Maxi est in Psal. 115. Quid retribuā Domino pro omnibus, quae retribuit mihi? Retribuere enim primus voluit Stephanus martyr Dominō, quod cum omnib[us] humano genere accepit à Domino; meritem nāque, quam Saluator dignatus est pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit Saluatori.

Neque verò minus pulchrū esse debuit spectantibus Angelis, hominibus, atque etiam ipse Deo, quod, iuuenies Stephanum

## Annotationes in Euangelium

Act. 6. omnes, quierant in concilio, vide-  
runt faciem eius tanquam faciem  
10 Angeli; quam sane faciei ipsius  
Nisc. angelicam claritatem Gregor.  
Niltenus Oratione de Sancto  
Stephano, vocat angelicū deco-  
rem, & mutationem faciei in an-  
Aug. gelicam formam. Augustinus ve-  
ro sermone 99. de Divers. ait  
illustratam esse faciem eius, ut  
Solem. Idem in sermone 6. de  
Sanctis, sit, in amico Angelorū  
angelicam similitudinem appa-  
ruisse, & in pedisse quæ Christi  
ouis fronte signum gestasse, cui  
sint patescere portæ cœlorum.

Adde id quod scribit Beatus  
Hilar. Hilarius homilia de Sancto Ste-  
phano, videlicet in Stephani fa-  
cie fuisse speciem resurgentis,  
aduersarijs quidem ad poenam  
peccati; & tormentum inuidiæ  
& exprobrationem impietatis,  
& testimonij criminis, & veluti  
repercussionem luminis ex facie  
lapidati; sive quia iam lapidan-  
dus designabatur: in ipso autē  
Stephano abundantiam cordis  
transisse in decus corporis, & in  
exteriori gloria candorem in-  
terioris exundasse; & abscondi-  
ta pectoris ornamenta speculū  
frontis irradiasse; & cum habe-  
ret in se Spiritum Sanctum,

os præ se gestasse Angelicum.  
Notanda sunt etiam ea, quæ  
in hanc eandem sententiam ait  
Petrus Damianus serm. de San-  
cto Stephano, ubi postquā eius  
faciem luminosam, & vultus  
Dei lumine insignitā, & vibrāti  
splendore serenatam applica-  
vit, hęc etiā subdit. Respondeat  
mihi diuinorū voluminum euolu-  
tores, ubi reuoluerint hominem in  
terris positum, vultū angelicum in-  
duisse: & cum in vtrisq; legibus,  
vel raro, vel nunquam inuenient,  
ad stupeant gloriā triūphantis. &c.  
Quod si aliquando David ab  
aliquibus, Angelus est applica-  
tus, ut ab Achis 1. Reg. 29. Scio,  
inquit, quia bonus es tu in oculis  
meis sicut Angelus Dei, nimirum  
propter David innocentiam. I  
muliere etiam Thecuite prop-  
tersapientiam, & animi insecū-  
dis, & aduersis rebus constan-  
tiam; sicut est Angelus Dei, in-  
quit, sic est Dominus meus Rex,  
ut neque benedictione, neque ma-  
ledictione moueatnr: & tu Domi-  
ne mi Rex sapiens es sicut habet  
sapientiam Angelus Dei. &c. Se-  
cundo Regum 14. à Miphi-  
boleth filio Saul propter facili-  
litatem, & in parcendo benigni-  
tatem: Tu autem, inquit, Domi-  
ne

nemi Rex sicut Angelus Dei es; fac quod placitum est tibi. Si inquam, David ab his fuit Angelus appellatus, non sic compellatus est, quia facie, vel aliquo  
ii. alio corporis signo illis Angelus videbatur; sed illos adegit proprij emolumenti necessitas, & voluntas bene effecta: Stephanum verò, præterquam quod omnes David causæ in eo reperiuntur, inimici ipsi, vel inuiti, coactique sunt, ut tanquam Angelum veneraretur, & prolixè concionantem auscultarent. Adde, quod in facie, prædicta claritate, vel ipsis inimicis Angelus videbatur.

Vltimo tandem ad notandum est ex Lorino Commentario inacta Apostolorum: impiorum foeditatem, sicut, & temperati animi decorum, non nunquam in ipsorum vultum exteriorius redundare; in huius verò annotationis probationē, adducit Chaldaicam Paraphrasim Canticorum capite primo. In hunc modum. Quando, inquit, Israelites fecerunt vitulum, denigratae sunt facies eorum sicut Aethiopum, qui habitant in tabernaculis Cedar: & quando egerunt pœnitentiam, & dimissum

ij*s* fuit peccatum, multiplicatus est splendor gloriae vultus eorum, sicut vultus Angelorum. Et ceter. Quod verò attinet ad temperati animi decorum in faciem quoque redundantem, exemplo sunt Daniel, Ananias; Azarias, & Misael, qui cum nollent Dan. pollui de mensa regis, neque de vino potus eius, & vescerentur solis leguminibus, aquamq; biberent, apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris, qui descendebantur cibo Regio. Vnde iam patet claritatem vultus, quæ in Stephano apparebat, indicu fuisse internæ ipsius perfectionis, iuxta id, quod ait Dyonisius Dyon Carthusianus exponens ea verba Cart. Lucae Actorum capite septimo. Et intuentes in eum omnes, qui sedebant in concilio diderunt faciem eius tanquam faciem Angeli. Sic enim exponit illa ultima verba, tanquam faciem Angeli, id est, ut ipse, inquit, splendidissima claritate, ac miro decore perfusam; per quod, inquit, internæ perfectionis magnitudo, puritas, & innocentia monstrabatur. In quo Moysi parificatus est Stephanus. Nam & Moysi vultus præ splendore à Iudeis aspi-  
ci

## *Annotationes in Euangelium*

cū non valebat; in tali autem , &  
tanta Maiestate ostendit illum  
